Cernitis Arnoldum: cujus dum scripta vigebunt,
Lis erit, an doceant, decipiantne magis!
Dum vero silet hic, status est, multusq; diserti,
Hujus enim ingenio, turba, superba, pia est.
Qui fingit sacros, spirantia marmore, vultus,
Non facit ille deos, nec facit ille pios.

M. E. G. Carentius, fec.

Io. Christoph. Coleri

HISTORIA
GOTHOFREDI ARNOLDI

QVA

DE VITA SCRIPTIS ACTISQVE
ILLIVS

NON COPIOSE MAGIS QVAM VERE
ATQVE IDONEA FIDE EXPONITVR

PRAEMISSA EST

DISSERTATIO CRITICA

DE

CORRVPTORIBVS HISTORIAE ECCLESIASTICAE

CVM PRAEFATIONE

Gottlieb VVernsdorfi,

THEOL. D. ET P. P. O. TEMPLI OO. SS. PRAEPOS.
ET SENAT. ECCL. ASSESSORIS

VITEMBERGAE
APVD CHR. THEOPH. LVDOVICVM
M DCC XVIII.

VEBER DIE

VERSCHIEDENEN METHODEN

ALTE WERKE

ZU UEBERSETZEN

EIN SENDSCHREIBEN

AN HERRN D. FRIEDRICH NICOLAI

VON

GOTTFRIED AUGUST BÜRGER

ÜBER

POETISCHE ÜBERSETZUNG

INSONDERHEIT

HOMERS ILIAS

UND

ODYSSEE

VON

JOHANN HEINRICH VOSS

ZWEITER THEIL

Lectori Benevolo salutem, preces, et observantiam!

INter omnes illos, qui huc dum sub pietatis revocandæ prætextu res novas in Ecclesia sunt moliti, vix quisquam fuit, qui vel doctrinam, Lutheri opera repurgatam, magis corruperit, vel pluribus doctores injuriis onerarit, vel denique coetui nostro majus damnum intulerit, quam infamatus ille a plerisque historicaster ARNOLDVS. Prodigio simile posteritati videbitur, intra Saxoniam, quæ huc dum purioris doctrinæ sedes, bonorumque ingeniorum ferax, est habita, hominem usque adeo fanaticum, distortum, et maledicum, nasci potuisse. Poenituit eum, quod ejus ex vita, quam manu sua scriptam reliquit, constat, *Vittembergæ*: at Vittembergam potius æternum poeniteat ARNOLDI, quem non suos inter filios, et alumnos, sed carcinomata, et maculas, pro meritis, numeraverit. Si quid

enim vel boni didicit, vel veri tenuit, etsi utrumque, culpa ejus, modicum fuit, id omne tamen, post DEVM, celeberrimis hac in Vrbe, qui tum vivebant, Doctoribus, DEVTSCHMANNO, WALTHERO, ROERENSEO, SCHVRTZFLEISCHIO, DONATO, DASSOVIO, debuit: mala, corruptelas, errores, opinionum portenta, quibus eum postea scatuisse, meminimus, tum suo ex ingenio, natura sua, ut apparebat, ad fanaticismum proclivi, tum iis, ad quos Dresdæ, et alibi, se applicuerat, hausit. Non tamen habuit satis, a fide Maiorum suorum, et illa, quam Wittembergæ imbiberat, doctrina defeciisse: Præceptoribus etiam præclare de se, suaque fortuna, meritis, malam gratiam retulit, et pro decore, quo omnino erant digniſſimi, contumelias rependit. Habui, fateor, nonnullam hominis illius notitiam, cum annis propemodum abhinc triginta, hac in Academia literis operam daremus una. Vtut enim ARNOLDVS ætate me antecederet, iisdem tamen scholis, iisdem Praeceptoribus, addo et Ephoris, quod uterque Alumnis

Prin-

Principalibus adſcripti eramus, uſi ſumus. Nihil vero in celeberrimorum virorum, quos tum audivi, vel doctrina, vel vita, deſiderare habui, quin potius, ut ſanam ab iis doctrinam imbibi; ſic meis etiam moribus non male me conſulturum putaui, ſi recte vivendi regulas ab iis peterem, juxta et exempla. ARNOLDVS invicem ita de his ſtatuit, ut eos ab ethnicorum, et palam impiorum, barbarie parum abfuiſſe, pronunciet. Quam injuriam Viris honeſtiſſimis illatam uſque adeo atrocem eſſe judico, ut hominem, vel hac una de cauſa, omnem DEI gratiam, in Praecepto quarto promiſſam, decoxiſſe exiſtimem. Nec enim quidquam praeſentem Numinis iram citius provocat, quam parentum, et, qui Parentum ſunt loco, traductio, et contemptus. Chamus, Noachi filius, Parentis ſui verenda non ipſe denudarat, ſed, per ebrietatem denudata, ſolummodo non obtexerat, ſenemque deriſerat. Magno tamen ei conſtitit hæc protervia, quam uti juſto dolore execratus eſt Pater; ſic ignominioſa ad perpetuam ſervitutem damnatione, in ſeris quoque nepotibus, punivit

DEVS. ARNOLDVS nihilominus eam usque adeo diligenter æmulatus fuit, ac retulit, ut ſummis in deliciis habuiſſe videatur, Viros, ceteroqui de Eccleſia non male meritos, et Patrum loco habendos, ſuosque adeo ipſius Præceptores, vel ridere, vel aliis ridendos propinare. Mitto exempla, quorum multitudinem paginæ hujus anguſtia non capit, deteſtabilis autem illa *de hæreſibus Fabula* in compendio exhibet. Sunt enim paſſim obvia, et, quod ad illatas *Wittenbergenſibus* injurias ſpectat, etiam narrationi *de Vita ejus* inſerta. Ceteroqui dudum mirari deſii, qui factum, quod, cum alioqui modeſtiam ac probitatem vultu ac geſtibus, præ ſe ferret, ſimulac Witteberga diſceſſit, uſque adeo a ſemetipſo degeneravit, ut ad foedos, putidosque errores prolapſus, genere ſcribendi ſarcaſtico, et mordaci, omnes temporis ſui fanaticos ſuperaret. Hoc enim hominum eorum culpa evenit, qui, cum eundem ad *Lutheri*, *Chemnitii*, *Lyſeri*, *Gerhardi*, *Calovii*, *Meiſneri*, aliorumque, ſucci pleniſſima ſcripta deducere debuiſſent, ingenerato quodam horum faſtidio, ad

My-

Myſticorum, ne dicam fanaticorum, librorum lectionem hominem temperamenti, ut videbatur, melancholici, ablegarunt. Ab his in transverſum raptus, initio præſentem Eccleſiæ ſtatum, ordinem, ceremonias, doctrinam, faſtidire coepit, hinc et meliora, et rectiora eminus oſtentare, Veteris Eccleſiæ faciem in coelum extollere, illiuſque reducendæ neceſſitatem urgere, doctores tamen illius, ſcriptasque ab iis confeſſiones et ſymbola, improbare, hæreticos omnes adverſus eos defendere, modeſtam errorum refutationem taxare, zelum religionis pro hæretificio habere, omnia denique reprehendere, explodere, et ridere, facto a doctoribus initio, in quos nihil tam contumelioſe dici a quoquam poteſt, quin plenis in eos buccis eructarit, quo una eademque opera et inuidiam ipſis conflaret, et ſibi auctoritatem, fidemque acquireret. Hinc ad doctrinam progreſſus, receptam huc dum in Academiis Theologiam velut inutilem, ſcholaſticam, ac ſtrigoſam, omnino deſerendam, et cum ſucculentiore illa et *Myſtica*, cujus erat perpetuus præco, permutandam cenſuit. Auſus tan-

dem eſt a noſtris ſe ſacris removere, et uſu ſynaxeos per quinquennium abſtinere, ratus, tanto ſeſe ad veritatem juxta, et ſanctimoniam propius acceſſurum, quanto a noſtratis Eccleſiæ inſtitutis, et moribus longius deflexiſſet. Quapropter cum nulla inter omnes, quotquot hodie coluntur religiones, omnino ad palatum eſſet, ſtuduit fabricari ſibi huiuſmodi; quæ, nulla myſteriorum diuinitus traditorum habita ratione, in qualicunque externæ honeſtatis ſtudio, ſub pietatis prætextu, acquieſceret, Verbi vero, et Sacramentorum uſum, doctrinamque de Chriſto, parum curaret. Enimvero ſi aliquas *Pietiſtæ* formulas accuratius expendo, parum abeſt, quin ſtatuam, hominem totam de Chriſto hiſtoriam, ſacris literis comprehenſam, reputaſſe forſan pro *Fabula* quadam *Romana*, in qua ſub ſpecie veræ alicuius de Chriſto narrationis boni ſolummodo moris exempla hominibus proponantur. Velim ſaltem cordatiſſimus quiſque etiam atque etiam profanam illam uocem examinet, cum ſcribit: *Was gaffeſtu lange nach einem ſichtbaren NB. biſtoriſchen Chriſto umbher?* vid. *verklährung*

Ieſu in der Seelen p. 413. Si enim non ad Chriſtum *viſibilem* et *externum*, ſed ad Chriſtum illum fanaticum, ſeu *Chriſtum in nobis*, reſpiciendum eſt, (quod quidem velle hominem, ex eo patet, quod et locum Rom. X, 6.7.8. urget, et Quackerorum more, de *verbo ſubſtantiali* interno, contra expreſſam literam, accipit) quid opus fuit deſiderio piorum Iſraelitarum ſub Veteri Teſtamento, qui alium, quam *externum*, *uiſibilemque* Chriſtum non expectabant? Quid opus prædicatione Evangelii, cum hujus ſumma, et nervus ſit, doctrina de Chriſto, *eoque crucifixo*, quod niſi de *hiſtorico* illo et uiſibili, accipi non poteſt? Quid denique opus eſt diſpenſatione S. coenæ, cum, niſi *viſibilis* et *hiſtorici* Chriſti carnem et ſanguinem ſub ſymbolis Panis et Vini accipere nequeamus. Ab hoc igitur *uiſibili* et *hiſtorico* Chriſto quisquis avocat homines, eosdemque ad *internum* illum et fanaticum remittit, is vero dat operam, ut, pro Chriſtianis, non-Chriſtianos, et impios, Turcis honeſtioribus, et Paganis nihilo meliores, reddat. Quod ipſum cum ſuis in ſcriptis ma-

gno ſtudio, perpetuoque conatu, egerit ARNOLDVS, nemini non uere, ſolideque pio apparet, hunc Pietiſtam non gregis divini bonum fidelemque *Paſtorem*, ſed *lupum* pelle ovina tectum, nec ſuæ modo, ſed aliorum etiam, ſalutis foediſſimum decoctorem fuiſſe, qui, quantum in ſe fuit, totam Chriſtianam religionem, ne nomine quidem ejus relicto, voluit delere. Nec enim video, cur deinceps homines debeant Chriſtiani vocari, ſi Chriſti *viſibilis* et *hiſtorici* non eſt habenda ratio, cum primi Chriſtianorum, quod negari non poteſt, niſi a Chriſto illo *viſibili* et hiſtorico, cujus erant diſcipuli, nomen non acceperint. *Act. XI, 26.* Sunt, qui reſipuiſſe hominem, et de præteritis doluiſſe, exiſtiment. Vellem autem idoneis id exemplis, et documentis, oſtenderent. Huc dum enim *libros retractationum* ARNOLDI, cujuſmodi *Auguſtinus* ſcripſit, non vidi, nec in vita eius, quæ ſemel iterumque eſt edita, vel qualiacunque ſeriæ poenitentiæ apparent veſtigia. Imo vero e poſtremis illius ſermonibus, eundem errorum ſuorum tenaciſſimum fuiſſe, non obſcure elucet. Cum enim, quantum

colli-

colligi poteſt, ab adſtantibus de ſacro aſſumendo viatico fuiſſet monitus, accepta panis buccella dixit: *Ich eſſe Gott in allen biſſen Brodt.* Quo ipſo num quid vel a veritate, vel ipſa etiam pietate, alienius proferri potuerit, ſapientibus judicandum relinquo. Vbi enim DEVS quavis in buccella ineſſe dicitur? ubi in quauis DEVM manducare iubemur? Vitæ ſcriptor ad *Ioannis* caput *VI.* ſe recipit: At nihil in eo de *Dei in pane quovis inexiſtentia:* nihil de *manducatione DEI*, nihil de manducatione Dei *ſub pane*, legitur. *Carnem Chriſti* manducare jubemur, eo in loco, non DEVM, nec ſub pane, verum per fidem. Profana igitur illa vox fuit de DEO in quavis panis buccella comedendo, a ſpiritu uertiginis, et mendacii ſuggeſta, fanaticiſmi, ne dicam Deismi, index, Scripturis contraria, piis omnibus inviſa. Nunc ſuum in locum abiit ARNOLDVS, nec inuidebo ei ſalutem, ſi obtinuit. Id tamen diſſimulare non poſſum, ualde me illi metuere, ubi magnitudinem reatus, ab eodem collecti, recogito. Gravis olim Eccleſiæ doctoris uox erat: *Peccatum non remittitur, niſi ab-*

la-

latum reſtituatur. ARNOLDVS, quod eſt in propatulo, Symbolis auctoritatem, Antiquitati fidem, Eccleſiis veritatem, Doctoribus famam, Chriſtianis ſalutem, eripuit, nec horum quicquam vel reſtituit, vel reſtituere voluit. Iam quanto cum reatu Numinis in judicium venerit, alii arbitrentur. Id mihi ab hominibus fide dignis, et ſcholæ Perlebergenſis alumnis, relatum eſt, ne quidem, cum humandus eſſet, defuiſſe, quae ominis non usque adeo boni eſſe viderentur. Cum enim corpus ejus humi condendum eſſet, oculis ſepelientium, quod hi poſtea retulerunt, neſcio quæ nebulæ ſeſe objecerunt, ut quid vel fieret, vel ipſi agerent, ignorarent. Vtut igitur in tumulum, quanta fieri poterat cura, corpus demitterent, ſemel nihilominus, iterumque evenit, ut capite deorſum, pedibus ſurſum ferretur. Vsque adeo ſiniſtre ac præpoſtere ſepeliri debebat, qui ſua in vita multa præpoſtere molitus, multa ſiniſtre interpretatus, fuerat. At nolim mihi temere judicium ſumere in illum, qui DEI jam experitur judicium. Id potius miror, huc dum re-

repertos fuiſſe, etiam inter noſtros, qui ſcripta viri, non ſine addito elogio, excitarent, vel aliis evolvenda proponerent, imo proximo a Bibliis loco gaudere vellent. Nec enim aliquo is numero aut loco eſſe poterit, qui antiquitates omnes corrupit, errores foediſſimos ſparſit, malos excuſavit, bonos offendit, odio, gratiæque indulſit, divina, humanaque omnia, confudit et laceravit. Dicerem plura, niſi hæc jam ſua occupaſſet induſtria vir præcellenti doctrina nobilis IO. CHRISTOPH. COLERVS, Ordinis philoſophorum hac in Academia Aſſeſſor. Qui cum intelligeret, fanaticos homines, tot piorum et eruditiſſimorum virorum monitis et caſtigationibus inſuper habitis, ne nunc quidem deſinere ARNOLDINA ſcripta in coelum extollere, Vittembergæ infamiam conflare, ARNOLDVM vero ipſum, etiam ſuo ab exceſſu, tanquam virum omnium mortalium ſanctiſſimum et innocentiſſimum ſiſtere, juſta indignatione commotus, uitam ejus multo quam pietiſticus auctor, qui mendaciſſimæ narrationis conſcientia nomen reticuit, integrius et diligentius conſignare inſtitu-

it,

it. Quo quidem in proposito à me confirmatus, summorum quoque virorum auctoritate, et subsidiis, adjutus, de ingenio, doctrina, moribus, literis, honoribus, scriptis ARNOLDI, tam graviter, solideque exposuit, ut nihil supra. Frement, scio, fanatici, multasque viro iniurias per hoc scriptum illatas esse, clamabunt. At æqui rerum æstimatores multo aliter iudicabunt. Nihil enim odio, nihil gratiæ, dedisse COLERVM, et nec finxisse quicquam, nec ARNOLDO, præter meritum, imputasse, sed omnia idoneis, validisque, imo et publicis, documentis ac testimoniis, comprobasse, hi facile largientur Nostro, qui libellum non obiter inspicere dignabuntur. Addo, quod præter veritatis studium, cui præcipue incubuit, etiam variam, multamque, lectionem, et styli elegantiam, attulit ad scribendum, ne nimirum eorum quicquam omitteret, quæ ad ingenii foetum, undiquaque nitidum, producendum quoquo modo factura videbantur. Qua propter uti ab eodem plurimum emolumenti ad Ecclesiam redundaturum esse, non dubito; sic ipsum ad auctorem commendationis, laudisque non parum aliquando rediturum esse, confido. Scrib. Vittemb. ipsis Id. Sept. Anni secularis cIↃ IↃ cc XVII.

GOTTLIEB WERNSDORFIVS, D.

I

DISSERTATIO CRITICA
DE
CORRVPTORIBVS HISTORIAE ECCLESIASTICAE.

QVanta historiae ecclesiasticae, in theologia perinde, ac iuris, canonici potissimum, disciplina, et utilitas sit, et necessitas, cum alii doctissimi uiri dudum agnouerunt, tum nuper professus est CHRISTIANVS THOMASIVS, percelebris Halensium doctor. Ac in theologo quidem, singulari cautione, his potissimum uerbis historiae, quam diximus, ecclesiasticae peritiam requirit. *Studium theologiae genuinum non posse carere studio antiquitatum ecclesiasticarum, et historia ecclesiastica, eaque genuina utriusque foederis.* * Quae certe,

* *THOMASIVS in Cautelis circa praecognita Iurisprudentiae, C. XIX, §. XVII, p. 326, 327.*

ὡς ἐν θέσει dicta, longe ueriſſima ſunt. at ipſius THOMASII ſi addas explicationem, facile, ea ὕψηλόν τι fouere, intelligas. quorſum, ne longior ſim, libet iudicium afferre Celeberr. D. D. MART. CHLADENII. *Subſcribamus*, inquit †, *tantiſper huic cautelae, et quaeramus ſaltem ſpecimen rituum, et fontem hiſtoriae genuinum. Loco prioris, uidemus ſuppeditari nobis, et obtrudi formulam aliquam, ex traditionibus Iudaicis petitam,* (qua nempe ſaluator loco uerborum antea apud Iudaeos uſitatorum: *Accipite, edite. hic eſt panis afflictionis, quem maiores noſtri in Aegypto comederunt*, etc. ſubſtituerit illa: *Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum* &c. †† *nondum plane confectam, aut certam. Loco poſterioris, poſt deſideratam emen-*

† *CHLADENIVS, in diſſ. de uerbis inſtitutionis S. C. ex Formula Iudaica non explicandis, p. 40. §. 31.*

†† Ita enim de hac formula admodum praefidenter THOMASIVS, l. c. p. 326. *Deprehendebam*, inquit, *ex illa explicatione controuerſiam inter nos, et Reformatos de ſenſu uerborum cœnae ita euidenter definiri, ut crederem, ſi iſta antiquita-*

*mendatiorem historiam, Arnoldina * nobis obtruditur, tanquam unice sincera, cuius tamen autorem ipsum, si quid sinceri in praecordiis adhuc salit, suppudere debet, post tot monita, quae hactenus in ecclesia puriori audita sunt. Si ista genuina sunt, quae erunt, quaeso, in posterum non sincera, et minus genuina?* Addit deinceps aliam cautionem, Thomasiana haud paullo saniorem. *operam* nempe *dandam esse, ne historiās ecclesiasticas, quas nobis SANDIVS, ARNOLDVS, aliique dederunt, sub specie candoris blandientes, temere arripiamus pro ueris, sed probe obseruemus scopum, cur scripserint. neue illud pro charactere candoris amplectamur, si quis haereses palliet, defendat, et culpam schismatis in orthodoxos coniiciat, imo his omnes calamitates imputet.*

quitatum Iudaicarum historia tempore Lutheri, et Zwinglii nota fuisset, litem de sensu uerborum coenae ortam, facillime potuisse componi.

* *Arnoldus*, ait, *fere solus inter nostrates, uel certe omnium primus sensibiliter in hist. eccl. desipere desiit. - Idem prae reliquis omnibus commendari meretur.* uid. *Caut. circa praecogn. Iurispr. Eccl. c. III, p. 32. §. 41.*

II.

Iam porro, quid commodi expectandum sit ex historia ecclesiastica iuris studioso, et consulto, audiamus. *Studiosus iuris*, inquit *, *respicit* (ope historiae ecclesiasticae) *ad habitum religionis uerae ad felicitatem huius uitae, et utilitatem rerumpublicarum, et falsa dogmata examinat, quid in iis lateat arcanae dominationis, et qua ratione religio per omnia secula fuerit pallium omnis stultitiae, et nequitiae.* Vide, quantum tribuat, et uindicet iuris suo studioso THOMASIVS. uidelicet, solertiam comparandi habitum uerae religionis ad felicitatem huius uitae, et utilitatem rerum publicarum! examen falsorum dogmatum! scrutinium arcanae dominationis in religiosis dogmatibus latentis! denique eam sapientiam, qua demum sciat, RELIGIONEM PER OMNIA SAECVLA FVISSE PALLIVM OMNIS STVLTITIAE ET NEQVITIAE. Egregium uero et consilium, et historiae ecclesiasticae emolumentum, quo uix uel callidius, uel conuenientius commen-

* l. c. p. 12. §. 10.

mendauerit profeſſus indifferentiſta. Memini, IACOBVM BENIGNVM BOSSVETVM, autorem *Hiſtoriae Variationis eccleſiarum proteſtantium*, non immerito caſtigatum eſſe ab eruditiſſimo uiro IACOBO BASNAGIO, propterea, quod *uariationis* iſta, quam ita dicere liceat, *methodo* uiam ſtrauerit atheis omnem omnino religionem explodendi. *Que repondroit*, inquit BASNAGIVS,* *MR. de Meaux à un Athée qui lui crieroit:* tout ce, qui uarie, eſt neceſſairement faux, *et qui après lui avoir fait une longue deduction de tous les changemens de doctrine arrivez dans l' Egliſe Chrêtienne depuis dix-ſept cens ans, lui repreſenteroit, qu' il n' a qu' un ſeul principe, ſur lequel ni lui, ni ſes predeceſſeurs n' ont iamais uarié, c' eſt, qu' il n' y a point de dieu? Ie voi, lui diroit-il, des changemens dans toutes les religions du monde, j' ai lieu de conclure, qu' elles ſont fauſſes. je nie, et j' ai touiours nié conſtamment l' exiſtence de dieu, ie ſuis donc le ſeul au monde, qui defens la verité.* Quidni pari iure, ac libertate reprehendendum pu-

 temus

* *BASNAGE, Hiſtoire de l' Egliſe, T. I, préf. †††i.*

temus Celeb. THOMASII perpulcrum axioma hiſtorico-eccleſiaſticum. RELIGIONEM PER OMNIA SAECVLA PALLIVM FVISSE OMNIS STVLTITIAE ET NEQVITIAE. Ergo ualeat, inquiet atheus, uel indifferentiſta, ualeat omnis religio, pallium illud, quoad homines fere meminerint, omnis nequitiae, et ſtultitiae, quaelibet ſecta religionis ſuae iactat ueritatem, ecquis nunc uero tam ſtupidus ſit, ut religionis ſibi nomine imponi patiatur? retegatur pallium, et apparebit, omnem ſub eo et nequitiam, et ſtultitiam ſemper latuiſſe.

III.

Idem doctiſſimus uir multum, uarieque conqueritur de hiſtoriae eccleſiaſticae corruptelis. *Studium*, inquit, * *hiſtoriae eccleſiaſticae peſſime corruptum fuit hactenus.* Et paucis interiectis. *Corrumpitur et adhuc hodie. Singulae ſectae, ſiue orthodoxae, ſiue heterodoxae, in hiſtoria facta ſuorum minus laudabilia tacent, aut falſis coloribus depingunt, indifferentia,*

aut

* *Caut. circa praecogn. Iuriſpr. c. XIX. p. 327. ſeq. N. O.*

aut utcunque bona, extollunt, tanquam facta heroica. contra in relatione eorum, quae ab aduersariis acta sunt, non facta ipsis affingunt, aut facta indifferentia appositione multarum circumstantiarum deformia reddunt, laudabilia uero tacent, uel negant. Est hoc uitium commune totius humani generis. Vis exempla? Cape ex nouioribus Hospiniani Concordiam discordem, et Hutteri Concordiam concordem. item Maimburgii historiam Lutheranismi, et Caluinismi, et scripta uaria ea occasione aduersus Maimburgium edita. Qui genium Papismi nouit, non miratur, cur per tot secula ante reformationem historia ecclesiastica non solum sit corrupta, sed et cur per tot secula a nemine emendata, quia uidelicet uel non licebat per tyrannidem cleri papalis, nolentis arcana fundamenta tyrannidis huius detegi laicis. Id uero mirari licet, cur post reformationem tam tarde in emendatione huius studii processum fuerit, et cur hodienum a nostratibus tanto conatu impediatur haec emendatio, cum tamen nostri ministri ecclesiae sint in eo statu positi, ut potius ope, et auxilio laicorum, ac politicorum indigeant ob nimis detractum ipsis honorem, et alimenta etiam necessaria, quam ut possint praetexe-

texere, ſua intereſſe, ut nuditas papatus non pleniſſime detegatur. Sed quaecunque tandem ea cauſſa ſit, factum tamen id hactenus eſſe ſtrenuiſſime, docent tot motus, et conatus, quamuis fruſtranei, aduerſus omnes, qui emendationi hiſtoriae eccleſiaſticae dederunt operam, in primis aduerſus Arnoldum etc.

VI.

En tibi, lector, congeriem multarum aſſertionum, quae ſingulae merebantur curatius expendi. ſed id quidem non iam mei eſt inſtituti, mearumque partium. Vnum ſaltim, alterumque, pace doctiſſimi uiri, ſubmonere liceat. Sane, dum tantopere de hiſtoriae eccleſiaſticae conqueritur corruptelis, neque omnes, quas poterat, et debebat, neque omnium grauiſſimas uidetur recenſuiſſe. Multum, ait, peccari in hiſtoria eccleſiaſtica partium ſtudio, quo fiat, ut *facta* minus integre enarrentur. Ita eſt omnino, ſed doleamus hic uniuerſae, et omnis fere hiſtoriae uicem. Opus ergo eſt prudenti lectore, qui uera a falſis diſcernere norit. Praeterea *eſt hoc*, ipſomet fatente THOMASIO, *uitium commune totius*

totius humani generis. ergo uix hiſtoria eccleſiaſtica omnibus abſoluta partibus expectanda uidetur, niſi ab iis, qui *ab omni* ſe *humani generis uitio* exemtos putant. Sed quaeramus exempla corruptae ita hiſtoriae eccleſiaſticae, maxime a recentioribus. *Cape*, inquit *Cautelarum* autor, *ex nouioribus Hoſpiniani Concordiam diſcordem, et Hutteri concordiam concordem; item Maimburgii Hiſtoriam Lutheraniſmi, et Caluiniſmi, et ſcripta uaria ea occaſione aduerſus Maimburgium edita, etc.* Nondumne uero conſtat inter omnes recte ſentientes, Hoſpiniani Concordiam diſcordem *ſcriptum* eſſe *monſtroſi nominis, et ominis uirulentiſſimum* †. Sed bene, quod et ipſe THOMASIVS pro corruptore eccleſiaſticae hiſtoriae habeatur HOSPINIANVM. Eodemne uero referendus erat B. LEONHARDVS HVTTERVS noſter? at enim minime hic aequus iudex eſſe poterit uir celeberrimus, qui dudum, quo infenſo in HVTTERVM animo ſit, prodidit ipſe.

† *B. D. ALBERTI in praef. ad Hutteri Conc. Concord. Frf. et Lipſ. cIↃ IↃC XC.*

pſe *, non aliam profecto ob cauſſam, quam quod Formulam Concordiae, cuius ſtrenuus, et optimus defenſor HVTTERVS fuit, odio proſequatur. Idem graui admodum iudicio et MAIMBVRGIVM, et omnes, qui hunc confutarunt, condemnat, unoque omnes cenſu habet, quaſi nondum conſtet, penes quem et fides, et ueritas ſit. Haud obſcure autem inter ſcripta MAIMBVRGIO oppoſita *Lutheraniſmi* quoque refert *hiſtoriam* B. SECKENDORFII, uti quidem iam pridem apertius profeſſus eſt, ab ARNOLDO ideo, ueluti iudex, appellatus, reiectus autem a D. CYPRIANO. Iudicent autem, uelim, cordatiores, quo in eccleſiam noſtram animo, quo candore, uel etiam qua fronte haec ſcribi potuerint? et annon, ſi reliqua taceam, hoc exemplo ampliſſima *Pyrrhoniſmo hiſtorico* porta aperiatur, ſi quidem neutra pars ueritatem ſecuta eſt, aut demonſtrauit. Iam porro, *Mirari*,

* *Celeberr. Dn. D. GOTTLIEB WERNSDORFIVS, in diſſ. de auctoritate libr. ſymb. quae ſubiuncta eſt Eiuſd. Comm. de Indiff. relig. p. 441. §. 36.*

rari, inquit, *licet*, *cur*, *post reformationem*, *tam tarde in emendatione huius studii (historiae ecclesiasticae) processum fuerit, et cur hodienum a nostratibus tanto conatu impediatur haec emendatio, cum tamen nostri ministri ecclesiae sint in eo statu positi, ut potius ope, et auxilio Laicorum, ac Politicorum indigeant, ob nimis detractum ipsis honorem, et alimenta etiam necessaria, quam ut possint praetexere, sua interesse, ut nuditas papatus non plenissime detegatur.* Sed enim non defuerunt profecto, qui post emendatam a D. LVTHERO religionem, non minori fide, et prudentia, quam felicitate historiam ecclesiasticam, sicubi uel fabulis, uel erroribus contaminatam uiderent, emendandam sumserunt. quorsum in primis referendi sunt Centuriatores Magdeburgici, quos magno numero alii insecuti sunt, uti vel ex SAGITTARIO constat. ARNOLDVS saltim quidam, ex mente forte THOMASII, defuit, qui audacius dicam, an imperitius omnem historiam ecclesiasticam suo pro lubitu refingeret, et quidquid demum uellet, nunc eiiceret, nunc in dubium uocaret, nunc denique friuo-

lis

lis coniectùris ubique interpolaret. Haeccine uero eſt illa hiſtoriae eccleſiaſticae emèndatio? iam deſinat mirari, *cur tam tarde in ea a noſtratibus proceſſum ſit?* non enim boni uiri, nedum boni hiſtorici, aut ſapientis omnino eſt, talia conari. Falſum perinde eſt, omnem hiſtoriae eccleſiaſticae emendationem ingenti conatu impeditam eſſe, et adhuc impediri a noſtratibus. quod ſi quaeras autem, quamnam intelligat emendationem, uidebis, omnem declamationem demum ad ARNOLDINAE hiſtoriae defenſionem redire. *Factum tamen*, inquit, *id hactenus eſſe ſtrenuiſſime, docent tot motus, et conatus, quamuis fruſtranei aduerſus omnes, qui emendationi hiſtoriae eccleſiaſticae operam dederunt, NB. in primis ARNOLDVM.* Alios nempe, praeter ARNOLDVM, nominare aut noluit, aut non potuit. Ego autem *ſtrenuiſſime* nego, ab ullo noſtratium emendationem hiſtoriae eccleſiaſticae, bona fide, ſobrio iudicio, et idoneis rationibus ſuſceptam, unquam fuiſſe impeditam. ARNOLDINAS autem emendationes nempe, non poterant non *ſtrenuiſſime* improbare, et ſubinde data

opera

opera impugnare, qui pro hiſtoria fabulas, pro fide, et idoneis rationibus calumnias, cauillationes, ac interpolationes amplecti, aut noſtrae innocentiſſimae eccleſiae cauſſam prorſus deſerere noluerunt. Egregia uero ratio, qua induci debent ſcilicet noſtrates ad emendationem hiſtoriae eccleſiaſticae, ARNOLDINO more, ſuſceptam, admittendam, et promouendam! *Noſtri*, inquit THOMASIVS, *miniſtri eccleſiae ſunt in eo ſtatu poſiti, ut potius opĕ, et auxilio laicorum, et politicorum indigeant, ob nimis detractum ipſis honorem, et alimenta etiam neceſſaria etc.* Ergo pauperes, et omni propemodum honore ſpoliati theologi noſtrates, ſi quidem deſperatis rebus ſuis adhuc bene conſulere uelint, primo quidem ad laicorum, et politicorum opem refugiant, et auxilium. deinde uero admittant, adiuuentque ARNOLDI hiſtoriam eccleſiaſticam. ea enim reuera Celeb. THOMASIO unice uera, uniceque emendata eſt. Ita nimirum et *honorem* ipſis ſpondet, promittitque, et *alimenta neceſſaria*. Adeo bene cupit theologis ICtus!

V.

Sed mitto reliqua. Vnum illud praetereundum non est, quod idem THOMASIVS non solum pessime adhuc corruptam esse historiam ecclesiasticam, sed et eam a nemine maiori iure, et peritia, quam a ICtis et politicis emendari posse, contendat. En uerba illius. *Historia ecclesiastica*, inquit *, *est instrumentum commune iurisprudentiae, et theologiae, adeoque ICti non debent pati, ut doctores aliarum facultatum ipsis auferant libertatem emendandi hoc instrumentum.* additur aliunde † ratio. *quia* nempe *multo conuenientius de usu instrumentorum dissererе possint, qui iis utantur, quam qui eadem fabricent.* Frustra ergo supra theologos incusauit, quod tamdiu neglexerint historiae ecclesiasticae emendationem. Accuset ICtos suos, quibus iam tantopere uindicatum it ius emendandi, quod nemo ante se ipsum historiae illius susceperit emendationem. Satis autem etiam hinc colligas, quo potissimum duce, et auspice scripta sit historia ARNOLDINA. et talis certe expe-

* *l. c. p. 326, n. M.*
† *ex c. III, §. 27.*

expectari debebat hiſtoria eccleſiaſtica a talibus emendatoribus. Sed patiamur hic, Illuſtrem *Cautelarum* autorem ſuo ſenſu abundare, perinde uti in aliis, maximeque ea ſententia, qua *hiſtoriam eccleſiaſticam* putat *referendam eſſe ad hiſtoriam philoſophicam.**

VI.

Generatim moneo, eam minime omnium legitimam, et rectam emendandae hiſtoriae eccleſiaſticae uiam eſſe, qua uel leuiſſimis de cauſſis a communi reliquorum ſcriptorum fide diſceditur, et ſtudioſiſſime nouae ſententiae captantur. Rectius ſentit, quem ſupra honoris cauſſa nominaui, uir eruditiſſimus IACOBVS BASNAGIVS, qui, quomodo ſua in Hiſtoria Eccleſiaſtica, tanto cum eruditorum plauſu excepta, uerſatus ſit, non diffitetur. *Nous nous faiſons*, inquit, †, *une eſpece d' bonneur, de n' avoir quitté la route ordinaire, qu' autant que nous y avons été contrains par l' interét de la verité: et bien loin de preferer nos lumieres à celles des grands hommes, qui ont paru devant nous,*

* *l. c. n. M.*

† *ſub finem praef. T. I.*

nous, nous croyons n' avoir jamais tenu une route plus ſûre, que quand nous avons marché ſur leurs pas. Deinde illud quoque cauendum eſt in emendanda hiſtoria eccleſiaſtica, ne ſtatim pro Fabulis, et figmentis habeamus, quae incredibilia forte nobis uidentur, neue leuiſſimis dubitationibus, aut alienis coniecturis, deſeramus protinus cum ARNOLDO ceterorum ſcriptorum, ipſiuſque antiquitatis teſtimonia, fidemque. Optime accuratiſſimus hiſtoriae eccleſiaſticae, qua priora VI ſaecula, conditor NANVS TILLEMONTIVS. *On s' eſt convaincu*, inquit *, *par beaucoup d' exemples, que les choſes, qui paroiſſent les plus improbables, ne laiſſent pas neanmoins quelque fois de ſe trouver vraies. Car qui croiroit, qu' un Prince eût iamais pû ordonner, par un édit public, de ne rien demandonner, par un édit public, de ne rien de-*

man-

---

* *TILLEMONT, Memoires pour ſervir à l' hiſtoire eccleſ. T. I, préf. p. XXIV.* de ipſo autem hoc opere dignum eſt iudicium *Roullandi*, et *Fabri*, profeſſorum Pariſienſium, quod hic notetur. *L' humilité, qui eſt ſon (de Tillem.) vrai caractere, paroit dans tout l' ouvrage, dans le quel on trouve par tout un fond d' érudition extraordinaire.* comparandus tamen CLERICVS, *Bibliothanc. et mod. T. V, P. I, p. 227.*

mander à perſonne, durant un mois, ni à dieu même, ſi on n' en étoit aſſuré par l' autorité des écritures? On voit de même, que des choſes, qui paroiſſent d' abord extrémement contraires, s' accordent neanmoins fort aiſement, quand on en ſçait le détail: ce qui nous donne un grand ſujet de nous humilier, en voyant, que la plûpart des difficultez ne viennent, que de nôtre propre ignorance. c' eſt ſur ce principe, que lors qu' on a vû des choſes appuyées par des Auteurs anciens, et conſiderables, on n' a point cru les pouvoir abandonner, à moins qu' on n' en ait vu des raiſons extrémement fortes. Omitto reliquas cautiones, circa hiſtoriae eccleſiaſticae emendationem, probe obſeruandas, et alio forte loco, ac tempore, fuſius a nobis ediſſerendas.

VII.

Interim nos ipſimet quoque fatemur, uarios dari hiſtoriae eccleſiaſticae corruptores, de quibus iam paullo ſtudioſius lubet commentari. Ii uero ad haec potiſſimum genera reuocandi uidentur. alii uidelicet imperitia peccant ſua, et *praeiudiciis.* malitia alii. ceteri aut fabulas ſectando, aut monimenta, non integra, neque probata, ſupponendo,

 ple-

plerique uero omnes ſectarum, partiumque ſtudio, intempeſtiuo uel odio, uel amore, foede deprauarunt hiſtoriam eccleſiaſticam. denique non pauci *epitomatorum*, et uulgarium *encomiaſtarum* eodem crimine damnandi uidentur. De ſingulis aliqua, pro inſtituti ratione, breuiter exponam.

VIII.

Ac primo quidem dici ſatis non poteſt, quantopere hiſtoria eccleſiaſtica ſubinde corrupta ſit inſcitia multorum ſcriptorum, qui nunc res geſtas ipſas parum habuere cognitas, et exploratas, nunc linguarum, Graecae potiſſimum, qua uetuſtiora monimenta conſignata ſunt, expertes fuerunt. Hic profecto, ſi unquam alias, fateor, exempla eſſe odioſa. ſed res ipſa ſatis loquitur, plurimos acceſſiſſe, et adhuc accedere ad ſcribendam hiſtoriam eccleſiaſticam, parum a praeſidiis neceſſariis inſtructos. JO. CLERICVS, uir eruditiſſimus, huc ipſum refert IS. CASAVBONVM. qua in ſententia etſi mecum longe aliter ſtatuant forte plerique, lubet tamen ipſum afferre iudicium CLERICI, ut uideamus ſaltim, quid, inter reliqua, iu-

re,

re, meritoque ad uerum ſcribendae hiſtoriae eccleſiaſticae apparatum poſſit deſiderari. *Il y a trois choſes*, inquit *, *qui ont fait dire, que Caſaubon avoit entrepris un ouvrage au deſſus de ſes forces, en voulant refuter Baronius. 1, qu' il n' avoit pas aſſez medité les premiers principes de la theologie, entre lesquels eſt, par exemple, celuici, qu' il ne faut rien propoſer, comme de foi, que ce, qui eſt en termes expres dans l' écriture S. ou qu'on en peut tirer par une conſequence neceſſaire. 2, que pour écrire contre Baronius, il falloit avoir fait une étude toute particuliere de la chronologie, ſoit à l' égard des Empereurs, et de ce, qui regarde l' Empire Romain, ſoit à l' égard de l' biſtoire eccleſiaſtique, ce qui demande beaucoup de tems, et un homme tout entier. 3, que pour l' examen des dogmes, et des uſages eccleſiaſtiqves, il faut avoir lû toute l' antiqvité Chrètienne, et l' avoir luë dans cette vuë, et non à meſure, que l' on en peut avoir beſoin. Ie ne croi pas, qu' on puiſſe dire, que Caſaubon l' eut fait. car il faut pour cela infiniment plus de tems,*

* IO. CLERICI Bibliotheque Choiſie, T. XIX art. IV, p. 228. ſequ.

et de livres, qu' il n' en avoit, etc. Sic RICHARDVS quoque SIMONIVS existimat, uirum celeberrimum LVDOV. ELIAM DVPINIVM ad concinnandam *Bibliothecam* suam *Scriptorum Ecclesiasticorum* parum doctrinae, judicii, aetatisque, et usus attulisse. *Ie vous avoüe ingenuëment*, ait †, *que j' eus une très mauvaise opinion de cet ouvrage, quand je vis à la tête le nom de Maitre L. E. du Pin. Un jeune docteur, qui n' a point d' autres lumieres de la theologie, que celle, qu' il a prise dans les auteurs, qu' il a lûs pendant, qu' il étoit sur les bancs de Sorbonne, n' est gueres propre à écrire sur des matieres de Critique. Aussi n' a-t-il fait autre chose dans tout son livre, que copier d' autres auteurs sans iugement, et il est quelque fois si bon Copiste, qu' il copie jusqu' aux fautes d' impression.* Sed enim quod quidem ad CASAVBONVM attinet, non sane nescio, IVLIVM CAESAREM BVLENGERVM, ANDR. EVDAEM. IOHANNIS, HERIBERTVM ROSWEI-

† RICHARD SIMON, *in diss. epist. de Inspiratione librorum sacrorum n. 31. quae subiuncta est Historiae Crit. V. T. edit. Roterod. 1685, 4.*

SWEIDVM, et PETRVM LANSSELIVM *Exercitationes* illius confutare ausos esse, de quibus, ut et de Casauboni apologetis comparetur B. THOMAS ITTIGIVS *. nec ego dissentio, maiori uel studio, uel ἀκριβείᾳ scribi potuisse opus illud. interim minime omnium sua defraudanda laude est egregia opera Casauboni. Certe inter corruptores historiae ecclesiasticae nulla ratione referendus est, et haud dubie paullo in uirum optimum durior est CL. CLERICI sententia. Idem uero contra R. SIMONIVM longe aequius de DV PINII labore iudicat, etsi fateatur, opus subinde esse, ut ipsos adeas fontes, et uera monimenta. *On ne peut pas disconvenir*, inquit **, *que les recueils de MR. DV PIN ne soient très utiles pour une infinité de gens, qui n° ont pas des livres, ou qui ne peuvent pas entreprendre de lire ceux, qu° ils ont. On se peut former par leur lecture une idée generale des*

* *ITTIGIVS, in diss. de scriptoribus historiae ecclesiasticae recentioribus, §. XIX-XXII.*

** *I. CLERICI Biblioth. Chois. T. XX, P. II, art. 13, p. 447.*

choſes, et des perſonnes, dont il s' agit, et ſi l'on veut en ſavoir davantage, il faut avoir recours aux Originaux, dont il fait mention etc. Sed quidquid ſit de CASAVBONO, et DV PINIO, illud certe ex CLERICI, et SIMONII iudicio, tanquam uerum, relinquitur, magna, nec uulgari ad ſcribendam hiſtoriam eccleſiaſticam opus eſſe doctrina, magnoque apparatu. Vnde enim tam multa in hiſtoria eccleſiaſtica dubia, incerta, falſa, et turbata, niſi ex praecipuo hoc corruptionis fonte, inſcitia nempe, et imperitia, atque nimia ſaepe feſtinatione ſcriptorum. CAESAREM BARONIVM, conſtat, *non prius annales ſuos in lucem publicam produxiſſe, quam hiſtoriae eccleſiaſticae curſum in Congregatione Oratorii per XXX annos ſepties iteraſſet. Tunc igitur foetum, quem iam iuuenis conceperat, ſenex eniti cœpit, illudque totius uitae ſuae onus, ut in dedicatione T. XI, annales ſuos uocat, peperit. Unde hoc opus Heideggerus in Hiſtoria Papatus, theſ. 216. partum plusquam elephantinum appellat. Uſque adeo autem hoc annalium opus Baronio placuit, ut ab illo Centurias Magdeburgenſes tanquam uirgas Magorum ab*

Baro-

Aaronis uirga deuoratum iri sibi persuaserit, uti legere est apud ITTIGIVM. Neque est profecto, quod in BARONIO diligentiam, et doctrinam requiramus, utut sectae suae studio, aliisque erroribus multum peccarit. Sed quotus quisque est, qui tanta cura, studio, temporisque, ac uigiliarum spatio ad historiam ecclesiasticam scribendam accedat. Plerique, si uix unum, alterumque historiae sacrae uolumen legerint, tertium audent concinnare.

VIIII

Sed et linguarum, Graecae potissimum, opus est cognitione. Graece enim scripta sunt uetustiora monimenta, quae fontium instar historiae ecclesiasticae habenda. Sane non solum indigniſſimum est historiae ecclesiasticae scriptore, non intelligere Graeca, uerum etiam multum subinde hac ex imperitia ipsi historiae ecclesiasticae allatum est detrimenti, et corruptelae. Hinc personatus F. LOTHARIVS MARIA A CRVCE, Ord. F. Min. uix sibi uisus est grauiorem potuisse insciti am exprobrare B. THOMAE ITTIGIO, quam si ostenderet, eum Grae-

carum literarum expertem fuisse *. Castigauit hominem,(quem PETRVM ZORNIVM esse, ex consimili scribendi genere, quali et Celeb. Dn. D. WERNSDORFIVM nostrum proteruе impetiit, coniicio,) suamque Graecae linguae intelligentiam abunde probauit B. ITTIGIVS sub THOMAE DE LYPSIA, ord. FF. Praedic. persona, ubi sub initium statim *p. 3.* miratur, cur aduersarius, *ordinis* illè *Minorum Gentium scriptor*, Ittigianam dissertationem post uiginti demum annos aggressus sit, *nisi forte illo tempore, cum Ittigiana dissertatio prodiit, uel nondum natus, uel in eorum saltem numero fuerit, quos ueteres nondum aere lauari dicere solebant.* ac *p. 4.* monet, *Catalectorum* autorem conuenientius feciisse, si *Graeculi Graculi* nomen sumsisset. Ipsi autem ITTIGIO in confutatione semper *Nodinscirpius* uocatur, et in fine recte pronunciat. *Ittigio satis est, non defuisse prin-*

* Vid. *Catalecta* illius *in Th. Ittigii dissert. de Haeresiarchis etc. Iussu superiorum. Ingolstadii, typis Anselmi Quentelii*, ubi omnia ficta esse, uel me non monente, apparet.

principes in re literaria, quibus eius dissertatio de Haeresiarchis non displicuit. Unde de noui Grunnii grunnitu parum angitur, qui utinam quotidie sibi occineret illud aureum e caelo delapsum. γνῶθι σεαυτόν. Ceterum ab hac Graecarum literarum ignorantiae accusatione liberari non potest BARONIVS, unde saepe, grauiterque lapsus est. Ita, ut hoc unum afferam exemplum, turpiter errauit in *Martyrologio* †, ubi *ad D. XXIV. IAN. p. 48*, ex uoce Graeca ξυνωρὶς, id est, *par*, fecit nescio quam martyrem, *Xynoridem*. Commonitus Baronius, teste IO. LAVNOIO *, ab amicis PETRO PITHOEO. NIC. FABRO, FRONTONE DVCAEO, *et textum Martyrologii, iam a Pontifice de non alia cathedra,*

† Consulenda hic est prima Martyrologii Baroniani editio, quae hanc habet inscriptionem. *Martyrologium Romanum ad nouam Kalendarii rationem, et ecclesiasticae historiae ueritatem restitutum etc. Venetiis, ap. Petrum Dusinellum 1587, 4*; Comp. V. C. IO. HENR. VON SEELEN in orat. *de Luthero de scholis optime merito, p. 16, 17.*

* *IO. LAVNOIVS in Iudicio de controuersia super exscribendo Paris. ecclesiae martylogio p. 2.*

quam de ſua, probati, et Notas ſuſtulit, atque errorem ſuum agnouit. quorſum comparandus perſonatus MARVILLIVS, qui, *I' ay oüi dire*, inquit †, *que Baronius, fut ſi touchê de celle erreur, qu' il retira tout ce, qu' il put de cette edition des mains des libraires, et les ſuprima. l' eſt ce qui a rendu cette premiere edition ſi rare, qu' elle ne ſe trouve presque plus, peu d' exemplaires aiant échapé à la juſte colere de Baronius.* Multi quidem exiſtimant, ſe Graecae linguae notitia eo quidem carere poſſe facilius, quo plures extant uerſiones Latinae. at quam parum iis fidei tribuendum ſit, diſcere debebant. Ita EVSEBII hiſtoriam eccleſiaſticam latine reddidit RVFINVS, Aquilejenſis presbyter, ſed quomodo reddiderit, edicat B. ITTIGIVS, qui, *Tanta*, inquit *, *libertate in uertenda EVSEBII hiſtoria uſus eſt* (RVFINVS) *ut decimum Euſebii librum ferme integrum omiſerit, contra integras narrationes de ſuo addiderit, quo nomine*

† *MARVILLE, Melange d' hiſtoire et de literature, T. II, p. 218.*

* *ITTIGIVS, in diſſ. de ſcriptoribus hiſt. eccleſ. antiquioribus, §. XII, p. XIV. quae praefixa eſt EIVSD. Hiſt. Eccl. ſaec. II.*

mine passim a criticis carpitur, qui etiam-ipsum in reddendis Eusebii uerbis haud raro ballucinatum animaduertunt, quemadmodum Zacharias, martyr Lugdunensis, qui in Adonis, et alia quaedam martyrologia irrepsit, ex erronea Rufini uersione natus est. Cum enim Eusebius L. V, c. I, in historia persecutionis Lugdunensis obiter Zachariae senis, qui Iohannem Baptistam progenuit, mentionem fecisset, Rufinus, dum Eusebii uerba uel non accurate inspexit, uel male intellexit, ex hoc Zacharia, Iohannis Baptistae patre, Lugdunensem quendam martyrem effinxit. Eandem EVSEBII historiam ecclesiasticam Latine conuertit IO. CHRISTOPHORSONIVS, quem dum BARONIVS, linguae Graecae imperitus, in annalibus suis sequitur, saepe caecus a caeco in errorem inducitur, uti HALLOIXIVS † iam notauit. Ac *tanto* quidem, iudice eodem ITTIGIO *, *gratior haec uersio Baronio fuit, quanto est dogmatibus Romanae ecclesiae accommodatior, quod exemplis nonnullis Dallaeus de usu patrum C. IV, p. 124, demonstrauit, quibus*

† *HALLOIXIVS T. II, de script. Or. p. 730.* conf. *Casauboniana p. 147,* et WOLFIVS in *Notis p. 328.*

* *ITTIGIVS, l. c. p. III, IV.*

bus addi poteſt, quod L. V, Euſeb. C. 43. in uerſione ſua uocem PANIS *omiſit, ne contra myſterium tranſubſtantiationis peccaret, ſi panem poſt conſecrationem adhuc ſuper eſſe, diceret.* Quid in nouiſſima etiam Valeſiana uerſione deſideratum ſit a nonnullis criticis, docet DV PINIVS **. Sic EPIPHANIVS ſaeculo VI, SOCRATIS, SOZOMENI, et THEODORITI hiſtoriam eccleſiaſticam Latine uertit, ex qua uerſione AVREL. CASSIODORVS Hiſtoriam Tripartitam Latinam concinnauit. Edidit eam ſimul cum RVFINI hiſtoria eccleſiaſtica BEAT. RHENANVS, qui, in praefatione, *uerſionem* ab EPIPHANIO profectam, *peruerſionis* potius nomen mereri dicit.

X.

Iam porro, quae ex praeiudicatis ſcriptorum opinionibus damna in hiſtoriam eccleſiaſticam deriuari ſoleant, breuiter diſpiciamus. Enimuero ſi ſiniſtram aliquam de huius, illiuſue eccleſiae doctrinis, cultu, ritibuſque opinionem, ſententiamque praeceperis, fieri non

** DVPIN, *Biblioth. des Auteurs Eccleſiaſtiqu. T. II, p. 8. edit. Lat.*

non poteſt, quin ipſa hiſtoria ad *praeiudicium* illud, quod uocant, accommodata, uarias ſubinde afferas criminationes, et rerum etiam bene geſtarum nunc fidem ſolicites, nunc cauſſas improbes, et accuſes. * Patet hoc exemplo G. ARNOLDI, de quo infra. Pari ra-

* Commode huc, et ſapienter Celeberr. D. E. S. CYPRIANVS. *Wenn ich mir vornehme, eine Hiſtorie vom Römiſchen Reiche zu ſchreiben, ſo wäre nöthig, daß ich weder Liebe, noch Haß vor mein Vaterland ſehen ließ, ſondern alles ſchlecht und recht, wie ſichs verhielte, erzehlete. Wenn ich mich aber ſelbſt von dieſer communion getrennet, und davor hielte, es gienge ſo verwirret im Reich zu, daß ein ieder in ſeinem gewiſſen verbunden wäre, ſeinem Fürſten davon zu lauffen, auch die Fürſten ſelbſt abfallen, und ihr weſen nach eigenen Belieben einrichten möchten: ia wenn ich alle, und iede durch meine Hiſtorie zum abfall bereden wolte; ſo würde ich freylich nicht viel gutes von der Regierungs-Form unſers Reichs, zumahl aber von dem Fürſten, von dem ich mich beleidiget hielte, ſchreiben, und mein buch würde ſo partheyiſch ſeyn, daß es der Teuffel ſelbſt nicht würde partheyiſcher haben ſchreiben können, weil ich die Hiſtorie, NB. nach meinen Lehrſätzen eingerichtet. Eben ſo verhäle*

ſichs

ratione si illa scriptori mens sedeat, optimam Dei colendi rationem in religione illa nihil differente positam esse, omnesque promiscue sectas fugiendas, denique quo longius a certae cuiusdam religionis professione absis, aut recedas, eo te meliorem Christianum fore, quae, quaeso, hinc conficietur historia ecclesiastica? Talis nempe, qualem nobis ARNOLDVS, et HOBBESIVS dederunt. Huius enim historia ecclesiastica, carmine elegiaco, noua arte, concinnata, Augustae Trinobantum A.clɔ Iɔc XXCVIII euulgata est. de quo libro ita iudicat ITTIGIVS * *Hic tractatus, in dialogi morem, carmine elegiaco conscriptus, historiae ecclesiasticae nomen non meretur, cum autor id sibi datum negotii crediderit, ut indifferentissmum religionum commendaret, et theologiam polemicam in patribus Nicaenis, aliisque*

---

sichs in gegenwärtiger Begebenheit. Ist es kein wunder, daß die Papisten keine unpartheyische historie von unser Kirchen schreiben, sondern uns nach ihren vorgefasten Meinungen urtheilen, so ist es gewiß tausendmahl weniger zu verwundern, daß Arnolds historie gantz und gar partheisch ist etc.

* *ITTIGIVS, l. c. p. LXVIII. §. LVIII.*

iſque orthodoxis acerbe perſtringeret. Verum de hoc corruptionis fonte infra uberius dicturi ſumus, ubi de ſectarum, partiumque ſtudio agendum erit.

XI

Ad eos ueniamus nunc, qui improbo ſtudio, deditaque opera hiſtoriam corrupere eccleſiaſticam, impoſtorum titulo digni.† Non defuerunt enim aliquando, qui nunc ueteribus, probatiſque monimentis falſarias intulerunt manus, nunc alia ſuppreſſa, et deleta uoluerunt, nunc denique adulterina, falſa, et ſuſpecta pro ueris ſuppoſuerunt. unde tot in H. E. pſeud-epigrapha, et hypobolimaea. Equidem poteram hic in ampliſſimum excurrere campum. uerum cum non patiatur id inſtituti ratio, ſummatim commendanda eſt eruditiſſima praefatio, qua *Hiſtoriam* ſuam *Literariam Scriptorum Eccleſiaſticorum* inſtruxit GVILELMVS CAVE, uir antiquitatis eccleſiaſticae quondam peritiſſimus, et omni longe ſuperior laude mea. Hoc nomine in primis ſuſpecti, immo

† *Vid. STRVVII orat. de doctis impoſtoribus, quae ſubi. eſt Introd. in Not. rei Lit.*

immo uero dudum iam apertae fraudis rei declarati ſunt Pontificii ſcriptores, quorſum et Indices illi Expurgatorii referendi. reliquas illorum hominum artes in apricum deduxerunt praeter THOMAM IAMESIVM, Anglum, cuius meminit CAVIVS*, DAN. FRANCVS, † Summe uenerabilis D. CASP. LOESCHERVS †† noſter, et nouiſſime V. C. IO. CHRISTOPH. WENDLERVS *. Nobis unum faltim, alterumque hic, exempli cauſſa, liceat afferre. Ita SEVERINVS BINIVS, Colonienſis Theologus, A. clɔ Iɔc VI COLLECTIONEM euulgauit CONCILIORVM, quae VIII. tomis abſoluitur, et auctior recuſa eſt clɔ Iɔc XVIII.

Sed

---

* *loc. cit. p. XIX. edit. Genev.*

† *DAN. FRANCVS in pererudito libro, quo de numero, autoribus, occaſione, argumentis, fine, damnis, et iure indicum expurgatoriorum, et probibit. egit. Lipſ. clɔ Iɔc XXCIV, 4.*

†† *D. CASP. LOESCHERI diſſ. de Latrociniis in ſcriptores publicos, Patres praecipue etc. 1674.*

* *IO. CHR. WENDLERI Schediaſma de libris a pontificiis, aliiſque haereticis in praeiudicium doctrinae purioris ſuppreſſis et corruptis etc. Ienae 1714, 4.*

Sed *hanc non optima fide fuisse publicatam, et multa scripta de emendatione ecclesiae ex industria omissa, fusius probat* GVILELMVS GRASHAVIVS, *in epistola expostulatoria ad S.* BINIVM *data, quae Parisiis* cIↃ IↃC XXIV *impressa est. Namque in hac* BINIO *exprobrat, quod delectorum Cardinalium, et aliorum Praelatorum consilium de emendanda ecclesia, iussu Pauli* III, P. R. *conscriptum, opusculum item tripartitum ante 400. annos concinnatum, et Leodiensium epistolam ad Paschalem Papam a Sigeberto Gemblacensi conceptam, in sua conciliorum collectione contra conscientiam omiserit, et supprimere studuerit, quae Petrus Grabbius suae conciliorum editioni inseruerat. Docet etiam Dallaeus (de usu Patrum p. 105) ab eodem Binio Francofurtensis synodi canones in conciliorum editione suppressos fuisse, ob damnatam secundo canone Nicaenam de imaginum cultu definitionem,* uti refert CL. WENDLERVS, †. Qua licentia nuper in Conciliis colligendis usus sit HARDVINVS, in propatulo est, quamuis negari non possit, eum multa rariora opuscula, fragmenta, et id genus

)()()()(

† *WENDLERVS, l. c. p. 7, §. 5.* add. D. D. CHLADENII, diss. de *Monothelismo Honorii* c. BINIVM, et CABASSVTIVM. Vitenb. cIↃ IↃCC X.

genus alia, a MABILLONIO, aliisque hinc inde eruta, non male adhibuisse, qua de re alibi forte copiosius dicturus sum. Nouissimum pontificiae fraudis exemplum habemus in MICH. IOS. FIBIGERI Historia ecclesiastica Silesiaca, a P. KVGLERO, S. I. edita, sed mirifico dolo interpolata, mutilata, et corrupta. * NIC. HVMBELOTI *Historia rerum gestarum in ecclesia ab anno 1516. ad an. 1546.* quot obnoxia fuerit corruptelis, CL. ECCARDVS narrat, Parisiensibus literis edoctus, ubi monet, librum illum HVMBELOTIANVM *Deiphobum lacerum crudeliter ora, Ora, manusque ambas -- et truncas in honesto uulnere nares*, fere repraesentare. Ita pontificii in proprios, et domesticos scriptores saeuiunt, qui ergo temperent sibi ab aliorum ueritatis testium monimentis? Et de pontificiis quidem satis. Illud autem mirari subit, alios, etiam protestantium ecclesiarum socios, aliquando non omnino ab hac culpa immunes fuisse. Pertinet huc doctissimus alias, et celeberrimus uir, GILBER-

* *Vid. Neuer Bücher Saal, P. XXVII.* et singularis inserta ibi hac de re epistola.

BERTVS BVRNETVS, de quo ex HOCHSTETERO haec narrat WENDLERVS.† *Liceat hic mentionem iniicere fraudis certe non satis piae a uiro, cetera doctissimo, G. BVRNETO, theologo inter Anglos reformatos maximi nominis, commissae. Scripserat hic Historiae Reformationis Anglicanae autor clarissimus* (P. II. f. 70) *LVTHERVM nostrum in negotio de reali corporis, et sanguinis dominici in Coepulo praesentia ante obitum aliquid remisisse. pronunciatum hoc demonstratione indigebat idonea, asserto itaque ut fidem faceret, ad literas quasdam LVTHERI* ἀνεκδότους *prouocabat, quas ad BVCERVM scripserat, in quibus etiam LVTHERVS fatebatur, posse non obstantibus, quae usque eo urgebantur, rationibus, et nihilominus mediam, et nouam statui sententiam. At uero* αὐτοψία *docuit CL. HOCHSTETTERVM, Tubingensis Academiae professorem publicum, qui ante decennium, et quod excurrit, in Britannorum oris commoratus est, et in Collegii Corporis Christi bibliotheca, in qua LVTHERI scheda adhuc hodie asseruatur, praesentibus doctissimis quibusdam Anglis, Lunnio, et Rideman-*

† l. c. p. 57, 58.

manno, Collegii illius ſociis, epiſtolam hanc magno ſtudio perlegit, LVTHERVM non ſcripſiſſe nihilominus, *ſed* nihil minus. *Vide uniuſ literae periculoſum admodum neglectum. Cum hactenus diſſenſerimus (ſunt uerba Lutheri in laudato MS.) quod illi ſignum, nos Corpus Chriſti aſſeruerimus, plane contrarii in ſacramento:* Nihilminus *mihi uidetur utile, quam ut mediam, et nouam ſententiam ſtatuamus, qua et illi concedant, Chriſtum adeſſe uere, et nos concedamus, panem ſolum manducari etc. Prouocat Lutherus ſequentibus ad textum Chriſti, quem apertiſſimum uocat, et ad conſcientiam, per quam remittere nihil poſſit, et ad abſurda inde conſecutura. ſed haec conſequentia, quae cum antecedentibus ponderari omnino merebantur, omiſſa fuerunt a Burneto etc.* Omnium autem grauiſſime peccant, qui falſa pro ueris, et pro germanis corrupta monimentorum exempla ſupponunt. Huius fraudis autem uaria ſunt genera, de quibus diligenter ſcripſit IO. CLERICVS *, itemque MORHOFIVS **. Propius huc pertinent, quae pererudite commen-

* *CLERICI, Ars Critica. P. III, ſect. II, C. I.*
** *MORHOF. Polyh. T. I, L. I, C. IX.*

mentati sunt in hanc rem CAVIVS, COCVS, et RIVETVS, quorum scripta satis nota sunt. Singulare est, quod CAVIVS † a IAMESIO narratum sibi, perhibet, Romae in bibliotheca Vaticana non paucos pingendi artifices quotidie ali, quorum esset, conciliorum acta, et antiquorum patrum opera exscribere, idque literis uetustissimos codices, quantum fieri possit, imitantibus. Rem hanc accepisse se dixerat IAMESIVS ex ore nobilissimi cuiusdam Angli, qui suis oculis haec in Vaticana bibliotheca lustrasset, atque ad fidem sacramento faciendam sponte se offerre, non dubitasset. Ac ita sane est. in excutiendis, ac peruestigandis historiae ecclesiasticae subsidiis, ac monimentis, subinde reuocandum est in memoriam Epicharmeum illud ἀπιστεῖν, ob nimias, et cumulatissimas deprauationes, suppositiones, et corruptelas, in primisque in corruptissimo Romanensi coetu plena omnia sunt corruptorum. Verum tamen cauendum quoque, ne cum

† *CAVE, Prolegomena Hist. Lit. S. E. p. XXI.*

HARDVINO * omnia ſcripta cum profana, tum eccleſiaſtica maxime, a neſcio qua fraudulenta ſocietate ſaeculo XIII. ficta, et ſuppoſita eſſe, ſomniemus.

XII

Sequuntur illi hiſtoriae eccleſiaſticae corruptores, qui fabulis, et commentis ueritatem obfuſcarunt. *Non* enim *diſſimulandum eſt, tantam fuiſſe primis* maxime *ſaeculis fingendi licentiam, tam prona in credendo facilitatem, ut rerum geſtarum fides grauiter exinde laborauerit, nec orbis terrarum tantum, ſed et Dei eccleſia de temporibus ſuis Mythicis merito queratur*, iudice doctiſſimo Oxonienſium epiſcopo, IO. FELLO †. NICEPHORVS CALLISTVS, Xantopuli filius, ſaeculo XIIII res a C. N. uſque ad obitum LEONIS ſapientis, ſeu A. 911. in eccleſia geſtas libris XXIII. complexus eſt,

* *HARDVINVS cum alibi, tum maxime in Proluſione de nummis Herodiadum, et in Chronolog. V. T. Refutauit hominem doctiſſ. M. V. LA CROZE, in Vindiciis ſcriptorum ueterum, Roterod. 1708, 12.*

† *IO. FELLVS, in praef. Pſeudo-Cypriani Confeſſioni praemiſſa, p. 53.*

est, ex quibus tantum priores XVIII. superſunt, qui usque ad caedem PHOCAE perducuntur. Quantopere autem fabulis delectetur ubique, constat inter omnes. Nascitur uero id uitii genus ex nimia credulitate. Ita de GREGORIO TVRONENSI iudicat ITTIGIVS *, *negari non posse, nimiae credulitatis uitio eum laborasse, ut RIVETVS L. IV. Crit. S. C. 28. et alii obseruent.* De VARILLASIO, et MAIMBVRGIO, quam studiosi fuerint fabularum, ipsi saniores pontificii testantur. ac de illo quidem MORERIVS.** *Varillas étant un Auteur Romanesque, et decrié au dernier point, son iugement est de peu de consequence.* In plurimis recentioribus historiae ecclesiasticae scriptoribus integros saepe reperias catalogos fabularum, uti abunde, praeter alios, demonstrauit IO. ANDR. SCHMIDIVS, uenerabilis Helmstadiensium theologus, qui inde

* ITTIGIVS, l. c. p. XXII.

** MORERI, Diction. Histor. T. IV, f. 401. Col. I. de similibus Maimburgii fatis apud ipsos pontificios uid. B. TENZELII Relationem historicam de initiis Lutheranismi, nuper a Celeb. D. CYPRIANO editam, p. 6. sq.

ab A. clɔ lɔcc hiſtoriam primi, et aliquot ſequentium ſaeculorum eccleſiaſticam fabulis emaculatam dedit. Illud uero magnopere dolendum eſt, quod naturali homines procliuitate multo lubentius fabulas amplectantur, et commenta, etiam leuiſſimorum ſcriptorum, quam ueritatem rerum geſtarum.

XIII.

Eorum autem numerus longe maximus, et conditio fere peſſima eſt, *qui* ſectarum, partiumque ſtudio hiſtoriam eccleſiaſticam ſubinde turpiter admodum, et foedeuitiarunt. De PHILOSTORGIO teſtatur, quem toties laudauimus, B. ITTIGIVS *, eum *religione Arianum, et quidem Eunomianorum ſectae in primis addictum fuiſſe, quorum cauſſam ubique tam diligenter agat, ut eius opus, quod alioqui multa lectu, et obſeruatu non indigna contineat, rectius Arianorum, et Aetianorum, ſeu Eunomianorum commendatio ac defenſio, omniumque diſſentium uituperatio, quam hiſtoria eccleſiaſtica dici mereatur*, quorſum PHOTII in primis iudicium

* *ITTIG. l. c. p. XI. §. VIII.*

cium excitat. Quod quidem adeo uerum est, ut ipse ILL. THOMASIVS †, qui ceteroqui non parum fauet PHILOSTORGIO, fateatur, eum, *cum Arrianus fuerit, saepissime partibus nimis addictum esse, adeoque non solum naeuum diuisionis in ecclesia ab Arrio ad Catholicos deriuare niti, Arrianos immense commendare, et falsa miracula de iis fingere, sed et Imperatores Arrianos magnis praeconiis extollere, contra Catholicos, aliosque dissentientes maledictis, atque conuitiis traducere, ac catholicos imperatores increpare, maxime Constantinum M. Constantem, Gratianum, Valentinianum, Theodosium, Arcadium etc.* Sed in primis adeundus hic IAC. GOTHOFREDVS *, quem tamen etiam, more suo, plane immerito *papizantem* facit THOMASIVS †. BARONII tomos rectius libros de potestate Papae, quam annales ecclesiasticos inscribi, iudicauit P. PITHOEVS, teste HOORNBECKIO, in *Miscellaneis p. 16.* Eundem nullibi in suis annalibus magis exclamare, et paratragoediari, quam ubi ad desperationem, et silentium adigitur, notat VOETIVS ††. Lepide

† *THOMASIVS, in Caut. circa Iurispr. Eccl. c. III, §. 22. p. 24.*

* *IAC. GOTHOFREDVS in Prolegomenis ad Philostorgium, ed. Geneu. 1646.*

† *THOMASIVS, l. c. §. 24, p. 25.*

†† *VOETIVS, in caussa desperata papatus p. 659.*

autem a B. IO. CONR. DANHAVERO comparatur, cum Actaeone, a ſuis ipſius canibus lacerato, quia non pauci ex ipſis pontificiis Baronium paſſim impugnarunt. qua de re ex inſtituto egit B. D. IO. FRID. MAIERVS *. CHRISTOPH. SANDIVS inter praecipuos quoque huius generis corruptores H. E. referendus eſt, de cuius Nucleo ita ITTIGIVS † pronũnciat. *Compoſitus eſt hic Nucleus, cum praemiſſo tractatu de ueteribus ſcriptoribus Eccleſiaſticis in gratiam Arianorum, quorum ſectae SANDIVS ſe addixit. unde in hoc ſcripto Ariana, id eſt, peſſima fide paſſim agit.* Sed quis hic omnes enumerauerit, qui ſectarum, partiumque ſtudio in conſcribenda H. E. peccarunt, a qua labe pauciſſimi forte immunes ſunt. Neque exiſtimandum eſt, nos quidem adeo deſipere, ut credamus, nunquam omnino ab orthodoxis hac in re peccatum eſſe. Eſt forte, ubi ſubinde humani aliquid paſſi ſunt. Sed quid inde? ergone accedendum eſt ARNOLDO, qui, odio in orthodoxos accenſus, haereticorum uiciſſim facta omnia excuſanda, et defendenda ſumſit? minime omnium. Appoſitiſſime Celeberr. D. E. S. CYPRIANVS

---

* *D. I. F. MAIERI Eclogae de fide Baronii et Bellarmini etc.*

† *ITTIG. l. c. p. LX, §. XLVI.*

NVS *. *Wenn iemand einwenden möchte, es hatte ſich Arnold keine ſecte, als wäre ſie rechtgläubig, vorſtellen müſſen, wo er anders unpartheyiſch ſchreiben wollen; ſo geſtehe ich zwar dieſes gerne, ſage aber dabey, daß er auch nicht mit Haß, und bitterer Feindſchafft gegen alle, oder eine ſecte müſſen aufgeblähet, und angefüllet ſeyn. Vielweniger hätte er ſolche Lehrſätze vor wahr halten müſſen, welche mit denen unſern ſchnur ſtracks ſtreiten, und die Handlungen, ſo aus unſern Lehrſätzen flieſſen, nach ſeinen Meinungen beurtheilen ſollen.* Ita nempe ſentiendum eſt, ut ne profeſſis quidem hoſtibus falſi quid tribuamus. neue uero abblandiamur etiam iis, qui noſtrae in ruinam eccleſiae conſpiraſſe uidentur.

XIIII.

Venio ad *epitomatores*, qui non integra hiſtoriae eccleſiaſticae ſyſtemata, ſed compendia ſcribere maluerunt. quae quidem opera etſi non omnino contemnenda uidetur, dubium tamen non eſt, nimiam horum libellorum copiam ſubinde uerae, ac germanae hiſtoriae eccleſiaſticae fraudi eſſe. Iſti enim uiri plerumque parum de fide, ordine, atque ἀκριβείᾳ ſoliciti ſunt, quibus ſatis eſt fere, ſi alios, qui præceſſerunt, ſequantur, et copioſius expoſita in compendium mittant. Vereor autem, ne, quod alias

* *D. E.S. CYPRIANVS, in Animadu. Anti-Arnoldinis gener. p. 18. §. 40.*

alias dicitur, hic maxime usu ueniat, *omne* nempe *compendium dispendium esse*. Conuenit in compendiarios hos scriptores apprime illud MATHIAE FLACII.* *Vsitatum est in historiis* (et historiarum compendiis) *ut, cum unus aliquis initio a uero aberrauit, tunc et omnes sequentes caecum ducem caeci et ipsi, id est, negligentes ueritatis inquisitores, eum temere sequantur. Plane enim, ueluti grues, sese mutuo historici ducunt, et sequuntur.* In tanto ergo epitomatorum numero delectus adhibendus. Non errabit, qui prae ceteris PAPPI, SCHMIDII, et Gothanum H. E. Compendium sibi selegerit**.

XV

Postremo commemorandi sunt illi, quos ita dicere fas sit, *Encomiastae*, laudatores, et assentatores, qui pro historia panegyricos dederunt, et in gratiam aliorum multa corrumpere, non dubitarunt. Foedum id uitium est, quod omnem omnino boni historici existimationem tollit. Historia autem ecclesiastica hac corruptela eo grauius in-

---

* *FLACIVS ap. Auctorem Actorum philosophorum, T. I, P. III, p. 383.*

** *add. in primis V. C. M. IO. STVBNERI Ill. Heilbronnensis Gymnasii ConR. Introductio in H. E. per tabulas synopticas etc. Norib. 1684. et 1690. qui labor doctiss. uiri merito laudatur* B. ITTIGIO, *l. c. p. LXVII, §. LVII.*

inquinatur, quo incertior reddirur, ueroque fine, atque uſu ſuo defraudatur. Frequentiſſima autem huius deprauationis exempla ſunt. ABRAHAMVM BZOVIVM *adulatione erga pontifices Romanos* BARONIO *ſuperiorem eſſe, in reliquis omnibus inferiorem*, iudicat HOORNBECKIVS *. Et quis neſcit, quanta, noſtra memoria, contentione diſputatum ſit inter doctiſſimos uiros GVIL. CAVIVM, et IO. CLERICVM, quorum ille uiſus eſt nimium ſaepe laudis Patribus tribuiſſe, hic uero iuſto acrius, et iniquius omnes fere Patrum naeuos notaſſe. qua in re forte ab utroque peccatum eſt. Pertinent huc etiam quodammodo decantata illa *Martyrologia*, et Acta ſanctorum, quae nolim ab omni nimiae ſaepe laudationis ſuſpicione liberare. Ipſa uero Martyrum Acta, iudice eruditiſſimo uiro, V. G. SIBERO †, *diuerſae ſunt exiſtimationis, et illa potiora, quae Pro-Conſularia, et Praeſidialia dicuntur, ideo, quod ab officio Praeſidum componerentur. cum quibus conueniunt, quae a martyribus ipſis ſunt adornata. Alia ab adſtantibus, ueluti teſtibus, conſcripta, non multo minorem auctoritatem habent. Tertia ordinis ſunt, quae ab eccleſiis martyrum confecta, eaque non contemnen-*

* *HOORNBECKIVS, in Miſcellaneis p. 22.*

† *V. G. SIBERVS, in diſſ de Martyribus diuinitatis Chriſti teſtibus, (Lipſ. 1714, 4.) §. XIX.*

mnendum pondus habent. Quarti ordinis sunt, quae a doctoribus, et episcopis antiquissimis, more oratorio, conscripta, aliquid erroris alere possunt, cum charitatis habenas in martyres nimium effunderent.

XVI.

Atque haec quidem de corruptoribus historiae ecclesiasticae dicta sunto. quod si forte aliqua desiderari posse uideantur, meminerit B. L. me non iustae commentationis, sed praeuiae cuiusdam dissertationis modum tenuisse. Erit forte aliud tempus, et occasio, ubi latius haec persequamur. Iam reliquum erat, ut ostenderem, quo potissimum nomine GOTH. ARNOLDVS inter praecipuos fere historiae ecclesiasticae corruptores referendus sit. Verum cum id ex uniuersa hac Commentatione, et Historia satis intelligi queat, laborem hunc superuacaneum fore, duco. neque uero est, cur de ipsius instituti mei ratione plura uerba faciam. Factum iam illud a nobis est in *Specimine Germanico* *, satis benigne a multis excepto, uti haud dubiis argumentis mihi compertum est. Ceterum spero, prudentiores facile mecum consensuros, dignam esse ARNOLDI uitam, quae paullo diligentius, et accuratius descripta extet. Multa scripsit, fecitque, multa quoque immuta-

* *Summarische Nachricht etc.*

mutata uoluit in ecclesia, et ciuitate Dei, nonnulla acriter propugnauit, quibus demum omnibus non parum offensionis dedit, et grauissimas excitauit contentiones. Multorum etiam nunc animos distringi in partes uideas, dum hinc laudatur, hinc culpatur ARNOLDVS. Nec improbari a quoquam, puto, consilium, mature, proximaque hac, ab ARNOLDI excessu, aetate, eius uitam, et historiam conscribendi, euulgandique. Norunt enim prudentiores, quantum ut plurimum, neque id immerito, scriptoribus tribuatur eiusdem aetatatis, et memoriae, cum nihil liceat fingere, quod, ne statim ab aliis, certiora edoctis, refellatur, non uereri debeas. Qua re multum ad confirmandam ueritatem profici, constat. Atque hae illae caussae sunt, quibus ego quoque inductus, hoc quidquid est, de ARNOLDO, eiusque uita, scriptis, actisque, commentationis historicae, euulgandum putaui. Nolim uero, aliquis existimet, me quidquam uel odio dedisse, uel amori. Simpliciter, et bona fide scripsi. Ipsius ARNOLDI subinde excitaui uerba, et confessionem. nihil studiose praeterii, quod ad qualemcunque illius defensionem pertinere poterat. Cumulaui fere, et diligenter attuli, quae uel ARNOLDVS, uel amici, ad caussam dicendam, excogitarunt. Verum tamen minime quoque omittenda censui,

quae

quae optimi, et integerrimi uiri contra ARNOLDVM monuerunt, multoque minus iis abblandiendum putaui, qui in ruinam coetus noſtri conſpiraſſe. uidentur. Iam reliquum eſt, ut diligenter, quorum id intereſt, excutiant commentationem meam, et, ſicubi me erraſſe, deprehenderint, nolint celare, ſed idoneis argumentis, placideque, et digno liberali ingenio ueritatis ſtudio commonſtrent. Decretum mihi eſt, bona fide omnia uel emendare, uel retractare, ſi quae perperam ſcripſiſſe, uere intellexero. Quod ſi uero, qui attente, et ſobrie hanc legant ARNOLDI hiſtoriam, uiderint, me ſoli litaſſe ueritati, nec quidquam de ARNOLDO affirmaſſe, quod non ſolide demonſtratum ſit, animaduertant, quaeſo, non eſſe, cur magnopere uirum illum uel nimiis extollere laudibus, uel ſcripta eius nimium adamare, et ab omni fere errore uindicare uelint. Sentiant, ARNOLDI conſilia non nihil habuiſſe periculi. denique, ſedato animo, intelligant, et reputent ſecum, recte agendo laudem, male factis dedecus conciliari. Vitembergae Saxonum, e muſeo, V. Id. Sept. Anni ſaeculariſ cIↃ IↃCC XVII.

SECTIO

SECTIO. I.
DE
VITA ET FATIS ARNOLDI.

Σύνοψις

ARNOLDI patria, et annus natiuitatis §. I.

*De claris ARNOLDIS. ibid.**

Scriptores uitae ARNOLDI, cum ἐπιχειρήσει. §. II.

Pater ARNOLDI, et studia eius scholastica. §. III.

Eiusdem studia academica. §. IV.

Vita academica, et mores §. V.

Mala gratia, et impietas erga praeceptores suos Vitembergenses. §. VI.

*De criminatione theologiae scholasticae. ib. (**

*Vitembergenses degeneres. ibid. (***

ARNOLDVS Vitembergae magister philosophiae renunciatur. §. VII.

Abit Dresenam in disciplinam D. SPENERI. §. VIII.

Fungitur priuatis quibusdam liberorum institutionibus, fugitque munera ecclesiastica Ibid. (et (***

Francofurti ad Moenum aliquamdiu in typographia Zunneriana operam dat libris emendandis. §. IX.

Digressio de doctis Correctoribus, *et librorum emendatoribus. ibid. (**

ZELTNERVS notatur. ibid.

ARNOLDVS uocatur in academiam Giessensem ad Professionem histo-

historiarum obeundam. §. X.
Vltro se eo munere abdicat. §. XI.
Digressio de uita priuata doctorum, & otio literario. Ibid. (*
Vanissimae caussae ARNOLDI, quare suo se munere abdicarit §. XII.
Iudicium de iis. Ibid. (***
De uita priuata ARNOLDI Quedlinburgi acta. §. XIII. XIV.
Vocatur Altstedium in Thuringos. §. XV.
Iniit matrimonium. §. XVI.
Altstedii animaduertitur in docrinam, et acta ARNOLDI. §. XVII.
Datur ei abeundi consilium §. XVIII.
Constituitur Pastor, et Inspector Werbensis. §. XIX.
Vocatur Aschariam, sed abnuit. §. XX.
Perlebergam uocatur, quorsum abit. §. XXI. XXII.
De morbo letali ARNOLDI §. XXIII.
De occasione mortis acceleratae §. XXIV.
De morte ipsa, et circumstantiis quibusdam. Ibid. (*
Palinodia et poenitentia ARNOLDI, sed ualde dubia. §. XXV. XXVI.
Epitaphium, et epicedium ARNOLDO ab amicis consecratum. §. XXVII.
Aliud, et uerius epitaphium. §. XXVIII.
Constituitur Pastor, et Finitur sectio. Ibid.

§. I.

I.

GOTHOFREDVS ARNOLDVS,

ducta ex Arnoldorum (*) non incelebri

 gen-

(*) Clariſſima ſunt *Arnoldorum* nomina. Refert, huc paucis commemorare, ex ſacro quidem ordine *ARNOLDVM, Praepoſitum Hildeſienſem, et Abbatem Lubecenſem*, uel eo nomine clariſſimum, quod HELMOLDI *Chronicon* inde ab *A. 1171.* ad *1209.* produxerit, quam quidem acceſſionem denuo BANGERTVS locupletauit A. cIↃ IↃcLIX. Taceo *ARNOLDVM, Abbatem Bonnenſem*, qui de *operibus ſex dierum* commentatus eſt, ARNOLDVM *Carnotenſem*, S. Bernardi diſcipulum, cuius praeter alia *in VII. Chriſti in cruce pendentis uerba* commentarii, qui extant *T. XII. Bibl. Patr. M. Colon. P. II, f. 419*, celebrantur, alioſque. Recentiori memoria ex eodem ordine occurrunt clariſſimi uiri, CASP. ARNOLDVS, eccleſiaſtes Noricus, A. cIↃ IↃc LXVI defunctus, cuius extant *Poſtillae Euangelica*, quorſum comparandus Cl. Wittius in *Diario*. CHRISTOPH. ARNOLDVS, Polyhiſtor, et Eccleſiaſtes Noricus, qui A. cIↃ IↃc XXCV. obiit, cum non ſolum, uariis ad exteros confectis itineribus, inſignem, reconditamque ſibi comparaſſet eruditionem, ſed et uariis, iiſque peruditis commentationibus famam ſuam ad perpetuam memoriam illuſtraſſet, add. huc *Velſeriana Opera*, quorum curauit editionem, uid. *Act.*

Er.

gente, ſpeciatimque Annabergenſi illa, quam primus, puto, nobilitauit, origine, et appellatione, natus eſt Annabergae in Hermunduris, Nonis Septembr. A. C. cIↃ IↃC LXVI.

§. II.

Er Lipſ. 1682. p. 169. ſq. NICOLAVS ARNOLDVS, percelebris, doctiſſimuſque Reformatae eccleſiae theologus, et COCCEII in Doct. et Prof. Theol. munere ſucceſſor, cuius uaria extant ſcripta, in quorum numero ſunt *Catechiſmi Cracouiani Confutatio*, *Anti-Bidellus*, *Commentarius in Epiſt. ad Ebraeos*, *Lux in tenebris*, *aliaque*. Obiit A. cIↃ IↃC XXC, D. XV. Octobr. Omitto TOBIAM ARNOLDVM, S. I. qui *Martinī de Roa* librum *de purgatorio* Germanice conuertit, de quo exponit Alegambius, referoque MARTINVM ARNOLDVM, uirum integerrimum, et piiſſimum, qui inter uarias calamitates eccleſiae Euangelicorum utiliſſimam praeſtitit operam, de cuius pietate, et meritis uberius commentatur Lauterbachius *in uita Valentini Herbergeri*. Ex ICtis memini LAVRENTII ARNOLDI, qui ſaeculo XVI. floruit, et commentationem *de Torturis*, itemque *Iuriſprudentiam Ethicam* conſcripſit, de quo comparetur *Kœnigius*. Inter Medicos notus eſt ARNOLDVS VILLANOVANVS, qui ſaeculo XIV. uixit. Primo *aſtrologiae* quidem deditus *iudiciariae*, et uaticiniis, hinc in ordinis ſacri uiros odio accenſus, *de ſpurcitiis pſeudo-*

religio-

§. II.

Equidem optauerim, ut uel ipſe Arnoldus, uel amici, qui uitam eius deſcribendam (*) curarunt, maiorem,

religioſorum librum conſcripſit, aliaque opuſcula Chemica. Tandem uero miſere, fracta in mari naui, periit, de quo comparandus *Freherus* et *Koenigius*, poſt eoſque nouiſſime. Celeb. *Buddeus in Lexico Hiſt. Vniuerſali.* Neſcio, an huc commemorandus quoque ANTOINE ARNAVLD, Gallus ille, tot cum Loiolitis certaminibus, et doctrinis Ianſenianis celeberrimus, de quo copioſe exponit Baelius, *in Dict. hiſt. et Crit. u. Arnauld.* Ita referri huc quoque poſſet ARNOLDVS, archiepiſcopus Tarraconenſis, A. 1337. clarus, cuius extant Epiſtolae apud BALVZIVM *Miſcell. T. II, p. 267.* itemque ARNOLDVS de VERDALA, de quo uid. GVIL. CAVE, *Hiſt. Liter. ſcript. Eccl. P. II, p. 267.* Mitto Cl. *Arnoldum*, Gymnaſii Francofurtani ad Moenum Rectorem meritiſſimum, Liuii editione non inconcinna celebrem, etc.

(*) Prodiit ſuperiori anno uita Arnoldi, partim ab ipſo, partim ab amicis deſcripta, hoc titulo. *Herrn Gottfr. Arnolds, ehemals Profeſſoris Hiſt. zu Gieſſen, letztens Paſtoris zu Perleberg, und deſſelben Crayſes Inſpectoris, wie auch Königl. Preuſſiſchen Hiſtoriographi Gedoppelter Lebenslauf*

dignioremque operam praestitissent, aut Halenses (**) certe, nouae bibliothecae conditores, copiosius quid, et melius attuliſſent. Sed cum horum quidem, aliorumque nimis ieiuna, atque exilis sit expositio, uel aperte quoque falsa narratio, dabimus operam, ut rem omnem, historiamque, & memoriam illius uiri, qui tot fere in ecclesia excitauit tragoedias, quot euulgauit scripta, copiose, et bona fide, ex probatissimis monimentis, explicemus, et ad ipsius, si qua futura est, usum posteritatis proferamus.

§. III.

Patrem habuit noster GOTHOFREDVM

---

benslauf, wovon der eine von ihm selbst projectiret, und aufgesetzet worden. Gardlegen A. 1716, 4. sed, uti dixi, non nisi ieiunam quandam, et exilem hic deprehendas expositionem, nonnullis tamen in bonos uiros calumniis locupletatam. *uid. Unsch. Nachr. ad A. 1716, P. I, p. 172. sq.*

(**) Comp. *Noua Bibliotheca Hallensium. P. LI, p. 40. sq. et P. LII, p. 120. sq. Item. Lexicon Eruditorum,* quod Lipsiae cùm praef. Menckenii prodiit, in *App. p. 2595. sq.* add. quae strictim edisserit Cl. REIMANNVS, *Histor. Liter. P. III, p. 678. sq.*

DVM ARNOLDVM, Schlettauiensem, scholae Annabergensis collegam VI.(*) Ipsa autem humaniorum literarum tirocinia in gymnasio Variscorum Geramo posuit, ibidemque triennium commoratus est.

§ IV.

Quo peracto, patris consilio, Vitembergensem Academiam petiit, audiuitque uiros celeberrimos, Waltheros, Roerenseos, Dassouios, Schurzfleischios, Quenstedios, alioque. diui quoque Deutschmanni conuictu usus.

§. V.

Ac uitam quidem, moresque, hic ita composuit, ut multum prae se tulisse probitatis, frugalitatis, et modestiae iudicaretur, (**) id quod immodicae fere,

(*) Obiit hydrope, ac totius corporis tumore D. XI. Apr. A. cIↃ IↃc XCV, compar. CL. WILISCHII *Incunabula scholae Annaebergensis*, *p. 251.*

(**) Huc pertinet elogium, quo B. Hannekenius testatur, *Arnoldum*, Vitembergensis academiae ciuem, *probi, emendatique moris fuisse*, in Dissert. de *ἀνισοχησία G. Arnoldi in re sacra conuicti F. 3.* Ipse autem Arnoldus hoc, quicquid est, laudis, immodicae suae tribuit diligentiae.

En

qua in bonas literas se ferri passus sit, industriae, et contentionis fructum ipse interpretatur. Neque uero negat, sibi recordanti multa occurrere, quae Vitembergae quoque iuuenis dederit, (**) stultitiae exempla.

§. IV.

Ceterum non contemnenda edidit studiorum Academicorum specimina, de quibus deinceps dicturus sum. Ipsam uero, quam a Vitembergensibus theologis addidicit, theologiam, uel-

uti

En uerba ex *uita eius germanica. Er hat sich aber bey diesen seinen academischen Iahren offt dieser verborgenen Wohlthat Gottes erinnert, daß er durch die hefftige, und recht unmässige begierde zum studieren von andern Lastern der Iugend bewahret worden etc.* Adeo praelusit intemperies, in omnem postea uitam, ingenium, et scripta redundatura.

(**) Audiamus ipsum Arnoldum confitentem. *Da die Herrn Autores selbst, als Gegener, mir ein gut Zeugniß geben (wiewohl ich mir bey aller scheinbaren Natur froemmigkeit mehr Ehrgeitz, und anderer academischen Thorheiten auch von Wittenberg her bewust bin etc.* uid. *Kirchen, und Ketzer Historie P. IV. addit. XI.* Sed quod dolendum, postea longe factus est leuior, et imprudentior.

uti *Scholasticam*, *et uulgarem* (*) postea

A 5 fasti-

(*) Non sola haec Arnoldi, sed communis fere fanaticorum omnium nostrae aetatis criminatio est, qua theologiam nostram orthodoxam, Symbolicam, et Systematicam, ex scriptura s. deriuatam, tanquam *Scholasticam* et *Terminologicam* proscindunt. Dignum igitur hoc argumentum uidetur, de quo paullo copiosius, et accuratius disquiramus. Ac principio quidem de nomine *theologiae scholasticae* hoc in primis monendum uidetur, duplicem illud notionem induere, et sustinere, alteram grammaticam, et communem, alteram famosiorem, et propriam. Priori sensu omnem theologiam, quae quidem in scholis, et Academiis docetur, et discitur, qualis demum cunque fuerit, *Scholasticam* non male dici posse, fatemur, et concedimus. posteriori uero uocis usu Theologia Scholastica ea demum recte, meritoque dicitur, quae non *Mysticae* solum, sed *Patristicae*, ueraeque, ac germanae theologiae opponitur, atque in ratione potius, et arte, quam reuelatione, prophetisque, et apostolis innititur. Verum tamen generatim quoque de Theologia scholastica recte sentiendum. Enimuero si theologiam scholasticam solis Petri Lombardi ac Thomae Aquinatis compilationibus, et sequacium ad Lombardum, et Thomam Commentariis, ac disputationibus metiri uelis, nemo profecto negauerit, hanc quidem speciatim theologiam scholasticam Lombardi, et Thomae, utpote multis, tricis, et

ineptiis

fastidire, contemnere, et criminari coepit, ceterisque Professoribus, magistris

ineptiis refertam, merito damnari, et reiici, tantum abest, ut quisquam orhodoxorum has laudare, et approbare uelit corruptelas. Sed enim non his angustis concludenda terminis est Theologia Scholastica. Datur enim sobria quoque, et laudabilis theologia scholastica, qua de Deo, rebusque diuinis apte, ordinate, ac solide sacris ex literis disputatur, seu quae in scripturae s. non perfunctoria, sed accurata, et methodica explicatione, et applicatione, qualis in scholis, et Academiis obtinet, uersatur. De hac ita sentio, eam et necessariam esse, et non posse omnino improbari. Necessaria quidem est, non propter ipsas res sacras, et diuinas, earumque interpretationem, sed ob aduersariorum, maxime Pontificiorum, artes, et technas, quibus nisi infestaretur ecclesia, facile omni illa careret, quam dixi, theologia scholastica, etiam emendatiori, et satis sobria. Neque tamen uideo, cur omnis philosophia, exterminanda sit ex Theologia, eiusque professione, si una hac, praecipuaque utamur cautione, ut sobrie, parce, et moderate hic uersemur. Iam quod ad Arnoldum eiusque similes attinet, qui theologiam nostram Lutheranam pro Scholastica, et terminologica uenditant, illi utique censendi, sunt theologiam intelligere Scholasticam sensu famosiori, et proprio, uti ex ipsorum

ſtris ſuis, tantum non uitam ethnicis indignam uiris exprobrat, ipſe dignus, qui

rum confeſſione, qualis apud Barclaium, Hohburgium, ipſum Arnoldum, Zieroldum, et alios extat, intelligi poteſt. Id negant uero rectiſſime orthodoxi, et iniuriam interpretantut, uix melius retundendam, quam facta inter utrumque illud theologiae genus contentione. Enimuero theologia ſcholaſtica, proprie ſic dicta, alicna eſt a diligenti oraculorum diuinorum inueſtigatione, fontiumque accurata cognitione, totaque haeret in Patrum ſententiis, conciliorum canonibus, et ineptis, ac profanis fere quaeſtionibus, et friuolis diſceptationibus, atque loco articulorum fidei ſententias ſectatur morales, aut opiniones mere probabiles, et quae alia ſunt huius generis. Noſtram autem Theologiam longiſſime ab his omnibus abeſſe, nemo, niſi rerum omnium imperitus, aut perditus calumniator, negauerit. Sed hic occurrunt nobis Arnoldus, et ſimiles : *ſtilum certe Theologiae noſtratis non tam biblicum eſſe, quam ſcholaſticum, terminis quoque philoſophicis contra analogiam fidei ad res ſacras accommodatis infectum* Quibus rectiſſime reſpondetur, ſi diſtinguatur inter ſtilum, et methodum. Ille biblicus eſt, haec pro arbitrio docentis aliquando ſcholaſtica, uel etiam philoſophica adhiberi poteſt, ut minime tamen ipſa theologia fiat ſcholaſtica, aut philoſophica.

ſed

qui inter *degeneres* (**) *Vitembergenſes* principe loco ponatur.

§. VII.

Sed de omni hac re iam ſatis diſputatum eſt a CALOVIO, *in Dedicat. T. I, Loc. Theol.* CARPZOVIO, *Conc. Funebr. T. VI. p. 787. ſq.* et B. FECHTIO, *in diſſ. de ſtudii Biblici cum ſyſtematico connexione huiuſque diuina origine*, *Roſt. cIↃ IↃ cc II.* add. quem potiſſimum hic ſecuti ſumus, GOTTLIEB VVERNSDORFIVS, theologus celeberrimus, *in praelectionibus anti-fanaticis*, in quibus ſingularis, et numero II, extat quaeſtio: *an illa theologia, quae huc dum noſtris in eccleſiis, ſcholiſque traditur, libriſque eccleſiarum noſtrarum Symbolicis, Compendiis, et Syſtematibus probatis continetur, et ſit, et dici mereatur ſcholaſtica?* add. eiuſd. diſſ. *de Oſiandriſmo in Piet. renato p. 64. ſq.*

(**) Huc referendi in primis ſunt Crypto Calviniani Vitembergenſes, nominatimque GEORGIVS MAIOR, cuius praeter alia, memoratu dignum eſt *Teſtamentum*, typis Luftianis Vitembergae A. cIↃ IↃ LXX. exſcriptum, et repetitum in IO. HENR. FEVSTKINGII *Palinodia ſacra*, p. 71-74. De diſcipulis MAIORIS comparandus CONRADVS SCHLVSSELBVRGIVS, *Catal. Haeret. L. VII.* CASPAR. CRVCIGER, de quo comparandus HVTTERVS in Concordia Concorde c. II, p. 96. c. III, p. 162, et alibi. Filii fata enarrat IO. HENR. GOETZIVS, theologus clariſſi-

clariſſimus, *de fatis, quae theologorum magnorum filii ſubierunt, p. 9. §. 7.* HENRICVS MOLLERVS, de quo plura expectamus in CL. MOLLERI, *mola muſarum Caſtalia.* Addendi FRIDERICVS VVIDEBRANDVS, CHRISTOPH. PEZELIVS, CASP. PEVCERVS, IOACH. EGERVS, HIERON. SCHALLERVS, VVOLFGANG. CRELLIVS, RHVDINGERVS, HENR. MAIVS, VRB. PIERIVS, et reliqui. Hos recte degeneres Vitembergenſes dixeris omnes, quorum tamen ueſtigia ſubinde alii preſſerunt. Ex recentiori memoria huc pertinent duo inſignes apoſtatae, alter RODOLPH. MATH. MEELFVHRERVS, uir minime indoctus, ſed iudicii, et morum laude deſtitutus, a V. C. FRID. STRVNZIO, Profeſſore Vitembergenſi, et GOTTL. VVERNSDORFIO, laudatiſſimo theologo, caſtigatus. alter LVDOLPHVS KVSTERVS, de quo comp. CL. ZELTNERVS, *in Centuria Correctorum in typographiis eruditorum, p. 307, 308. ſq.* Non praetereundus hic eſt IOANNES MICHAELIS, Vitembergenſis, ſed patriae ſuae, et Academiae dedecus, de quo uid. libellus ipſius, A. cIↃ IↃcc Altonae Germanice editus: *VVagen und VVegen des Groſſen Gottes, der da iſt, und heiſſet wunderbahr, auf welchem Er ſeine heiligen wunderlich führet, und doch herlich, und ſiegreich ſie gleich hinaus, und hinauf führet, wie er ſolches längſt erwieſen an einem ſeinem geringſten VVurm, und elenden Knecht I. M. etc.* ubi P. III, p. 10. de ſe ipſo ita: *Die Babylonier inſgeſamt ſind mir feind, wiſſen nicht*

§. VII.

Non praetereundum hic est, quod honorem illum Academicum magistri philosophiae, quem postea tantopere exagitauit ipse, (*) cum Vitembergae uiueret,

was sie aus mir machen sollen, zum Papisten machen sie mich niht, ein Lutheraner, als wie sie selbsten sind, bin ich nicht, zum Reformirten schicke ich mich nicht, bin gar zu polterisch, und stürmerisch, zum Menisten, Quäcker, und Pietisten taug ich gar nichts, von Apostolischen Warbeit zeugen Amt wissen sie nichts, etc. Atque tales habet iam ARNOLDVS in faciendo Academiae Vitembergensi conuitio duces, et socios, quales quidem grauissimo haud dubie se obstringunt scelere. Interim non est, cur de ingratis istis alumnis suis magnopere doleat Academia haec, purioris doctrinae studiosissima, et uel eo nomine laude dignissima, quae paucis istis maximam optimorum doctorum, quos emisit, opponere cohortem potest, egregiis in ecclesiam Lutheranam studiis, meritisque insignem. Comp. Dn. D. VVERNSDORFII diss. supra laudata *de Osiandrismo in Pietismo renato, p. 53, et 88.*

(*) De honore suo academico ipse ita, in Vita Germ. l. c. *Es wurde das Laster des Ehrgeitzes in ihm gewaltig aufgeblasen durch die gewöhnlichen Reitzungen seiner anführer, wie sie ihm denn auch schon A. clo Io CXXCVI. beredeten,*

Ma-

uerer, quaesierit, et A. clɔ Iɔc XXCVI, impetrarit, quamuis deinde dissimulauerit fere, quasi eius rei poenitentiam prae

Magister zu werden. Sed haud dubie bona ipsius Arnoldi uoluntate factum est. Ceterum quid generatim senserit postea de honoribus Academicis, exposuit ipse his uerbis: *Schande ist aber und Sünde* (bona uerba, quaeso!) *daß diese wichtige Stützen des anti-Christenthums noch unter denen, die sich der reformation rühmen, durchgehends fast, als grosse heiligthümer beybehalten, und auf Vniuersitäten noch öffentlich gebraucht werden, aber was thut die heuchlerische VVelt nicht umbs Geld etc.* uid. *Kirchen, und Ketzer-Historie P. I, L. XII, c. III, p. 352.* Speciatim de gradu, quem dicunt, philosophico his usus est cauillationibus, et conuitiis. *Da zu VVittenberg noch zu Lutheri zeiten 1544. auf einmahl, 3. Magistri creiret worden, hat man hernach 1551. ihrer 40. und 1602. über ein Schock, 62. auf einmahl fertig gemacht, also daß die anzahl der daselbst promouirten magistrorum von 1502-1655. sich auf 7467. erstrecket, welche von dar in die VVelt geschicket worden, auf welchen miß brauch einer diese Verse gemacht:*

Quamuis sit nostri appellatio uana magistri,
Omni qui uacuum fert ratione caput,
Attamen est nostro reuerentia danda magistro;
Et suus est asinis attribuendus honos.

Feli-

prae se ferret. Certe, quoties nomen suum scripsit, diligenter ab ista se abstinuit honoris, ac dignitatis mentione.

§. VIII.

Felicem o nostrum, cui contigit esse magistrum,
Non tribuit cunctis Laida amare Venus.
Dulce sonat: Bene ueneritis, uenerande magister
Noster, et in primo docte sedeto loco.
Magna magistrorum solet esse superbia nostrum,
Laruas bullati qui subiere Dei.
Per casus omnes est bestia stulta magister,
Inflat quem nudi larua magisterii.

vid. *Kirch. und Ketz. Hist. P. II, L. XVI. c. X.* Videtur incondito isto carmine uehementer oblectari Arnoldus, quod depromtum est ex THOMAE NAOGEORGII *Appendice Regni Papistici, p. 41.* Fatendum quidem, uti omnium, optimarum quoque rerum, et institutorum, ita huius quoque honoris Academici dari abusum. Sed nemo inde colligat, omne illud honorificum institutum ideo damnandum esse, nisi, ut uerbis nonnullis superioris carminis utar,

Omni qui uacuum fert ratione caput:

Summatim hic commendanda diss. FRANC. ALBERTI AEPINI, V. C. *de moralitate graduum Academicorum ex iuris naturae principiis contra fanaticos praesertim asserta, Rostoch cIↃ IↃ cc II.* add. IOACH. CAMERARIVS *in uita Melanchtonis pag. 162. sq.* in primisque *p. 166.* et Celebrr. G. VVERNSDORFIVS *de Osiandrismo in P. ren. p. 76.*

§. VIII.

Hinc Viremberga Dresenam abiit, totumque se in disciplinam celeberrimi D. PHILIPPI IACOBI SPENERI, qui magno ipsum amore complexus est, dedit, cumque aliquamdiu operam suam priuatim erudiendae iuuentuti honestissimorum, et illustrium parentum (*) addixisset, uni, itemque alteri admouendus erat sacro muneri, quod e-

(*) Maxima tunc D. PHIL. IAC. SPENERI, supremi praesulis Dresdensis, fama erat, atque existimatio. unde plurimi ad eum audiendum, interioremque illius percipiendam disciplinam confluebant, inter quos et ARNOLDVS fuit, insigniter a SPENERO amatus. Illius autem potissimum commendatione primo quidem CHRIST. RITTERO, aulae electoralis Saxonicae Consiliario, innotuit, a quo fortissimis et nobilissimis uiris, GOETZIO, et BIRCHOLZIO laudatus, eorumque priuatim docendis, erudiendisque liberis praefectus fuit. Sed nescio, quibus uel moribus, uel dictis offenderat nobilissimas familias, cum insperato dimitteretur. Hinc A. cIↃ IↃC XCIII. Quedlinburgum abiit; ibidemque denuo ILL. STAMMII filios in priuatam accepit disciplinam, quo munere per quadriennium fere defunctus est. Comp. quae iam diximus *in der summar. Nachricht, p. 26, 27.*

nixe uero deprecatus est, propterea, quod multis deprauatus fit corruptelis (*) ecclesiae nostrae status.

§. IX.

Is igitur, qui munera fugiebat ecclesiastica, Francofurti ad Moenum aliquamdiu in officina typographica latuit Zunneriana, et corrigendis, emendandisque libris, si qui formis exscriberentur, operam dedit. Quod etsi minime uituperari queat, cum idem eruditissimi (**) quondam uiri factitarint, mirifice tamen

(*) Id minime diffitetur ipse ARNOLDVS. *Ich hatte*, inquit in *Confess. de abdic. Prof. Giss.* §. 4. *ohne dem, nach Erkentniß des tiefen Verfals in der gantzen so genannten Christenheit keinen Vorsatz in ein öffentliches Kirchen-Ammt zu gehen, zumahlen ich mich auch zu denen eusserlichen Ceremonien, und denen dabey fast nöthigen Verstellungen gantz nicht tüchtig, und geneigt fand.*

(**) Constat, plurimos doctissimorum uirorum aliquando non detrectasse *correctorum in typographiis* munus, et operam. Ita enim, ut paucos saltim enumerem, constat, summum uirum, PHILIPPVM MELANCHTHONEM Tubingae in officina Anselmi *correctorem* egisse, testibus IOACH. CAMERARIO, in uita Philippi p. 16,

Huc

tamen dissimulant, reticentque ARNOLDVS, et amici.

B 2 §. X.

Huc pertinet quoque FRID. SYLBVRGIVS, qui maximam uitae, laborumque partem apud celeberrimos Typographos, WECHELIOS, et COMMELIVM corrigendo confecit, istis quidem constanter Hanouiae, huic aliquamdiu etiam Heidelbergae inseruiens. FRANCISCVS RAPHELENGIVS a PLANTINO in familiam susceptus fuit, ut tali labore perfungeretur, datis per singulas hebdomadas quatuor florenis. Idem postea praecipuam in soceri sui typographia emendandorum librorum molem per plures annos sustinuit, multumque adeo Raphelengii diligentia ornamento librorum Plantinianorum contulit. In primis in Bibliis Polyglottis excudendis doctissimi, diligentissimique emendatoris officio functus est. uid. *Bayle, Dict. hist. et Crit. T. III, p. 2557. voc. Rapheleng.* De CHRISTOPHORO SANDIO F. nihil attinet dicere. Poterant nominari plures alii, P. ALCYONIVS, I. BADIVS, C. BRVSCHIVS, P. CASTELLANVS, STEPH. CVRCELLAEVS, I. M. DILHERRVS, ERASMVS ROTEROD. M. FLACIVS, H. GOLZIVS, PATINVS, aliique, sed de his, et reliquis diligenter egit V. C. IO. CONR. ZELTNERVS, *in Centuria Correctorum in typographiis eruditorum, Norimb. A. cIↃ IↃcc XVI, 8.* Nescio tamen, qnod obiter noto, quid sibi uelit uir doctus, quando *p. 360,*

his

his uerbis utitur. *Quam insaniam orthodoxorum Vittembergensium, ut et illam, quam ludunt in extollenda ad cachinnum usque Lutheri cathedra in omnibus fere titulis disputationum conspicienda, non raro praecordia saniorum mouisse non dubium est.* De duplici potissimum insania VVittembergensium queritur orthodoxorum, altera, quod in nimiam se abripi Lutheri, et Melanchthonis admirationem patiantur. altera uero, quod perridicule, in omnibus fere disputationum Academicarum titulis, diui Lutheri crepare soleant cathedram. Prioris argumentum accusationis inde petit, *quod peregrinantes picturae* (quae Melanchthonem refert, et in templo arci Wittenbergensi contiguo asseruatur,) *cerussa nomina sua inscribant, quae saepe tanto numero appicta reperiantur, ut abolerì a ministro templi opus sit, ne pictura ex istis maculis corrumpatur.* Quid hoc uero ad orthodoxos Vitembergenses? De peregrinantibus enim loquitur. Res ipsa autem quid tanti dedum criminis habet? Mirum uero, quod oblitus sit Censor *Fontis Lutheri*, in uicina huius urbis, ubi infinitus nominum quorumcunque numerus lapidi inscriptus, et parieti. Hem, quaeso, num et hoc ad Wittembergensium orthodoxorum pertinet insaniam? Agrestis, profecto, et plane inciuilis moris homines, qui usque adeo caeco, stolidoque in VVitembergenses odio flagrant, ut ineptissima quaeque, ad faciendum conuitium, afferre, non uereantur. Plus, fateor, insaniae habet altera accusatio. *Orthodoxorum*, inquit, *Vitembergensium*

§. X.

Hinc A. clɔ lɔc XCVII in Gieſſenſem uocatus eſt Academiam, ut Hiſtoriam doceret publice. Quod munus cum uix aggreſſus eſſet, conſcientiae, uti perhibebat ipſe, angoribus motus, ſponte hac ſe abdicauit prouincia, edito ſingulari, quo

ſium inſaniam, quam ludunt in extollenda ad cachinnum uſque Lutheri cathedra in omnibus fere titulis diſputationum conſpicienda, non raro praecordia ſaniorum mouiſſe, non dubium eſt. Itane uero Vitembergenſes orthodoxos pudere oportebat diui Lutheri cathedrae? minime arbitror. Sed friuolum ἔγκλημα eſt. Quis neſcit enim, dudum, et ab longo inde tempore theologos Vitembergenſes in diſputationum ſuarum titulis Lutheri cathedram laudaſſe? neque fuit tamen quiſquam ſaniorum, qui id aegre ferret, donec, poſt ineptiores Pietiſtas quoſdam, iam demum CL. ZELTNERVS id ſibi datum negotii credidit, ut hanc, quam putat, theologorum Wittenbergenſium notaret inſaniam, idque tam proteruo, tamque illiberali ſcribendi genere. Sed quid multa? tam inepta ſunt omnia, ut uix digna ſint reſponſione, aut confutatione. *Il ne faut, qu' un Heraclite, et un Democrite, l' un pour en pleurer, et l' autre pour en rire,* ut doctiſſimi Galli cuiusdam conſimili occaſione adhibitis uerbis hic utar. Comp. quae dicturi ſumus *infra in Append. N. I.*

consilii, factique exponeret rationes, libello, (*) satis infrunito.

§. XI.

Ac poterat sane, nemine forte prohibente, aut nimis improbante, ut conscientiam pacatam redderet, poterat, inquam, idoneis allatis rationibus, munere demandato se abdicare. poterat aliud eligere uitae genus. poterat priuatam (**) omnio uitam degere, et otio literario indulgere.

§. XII.

(*) *Offenhertzige Bekaentniß, welche bey unlaengst geschehener Verlassung eines Academischen Amtes abgeleget worden. Gedruckt in Iahr Christi 1698, 12.* Editio sexta hanc habet inscriptionem: *offenhertzige Bekäntniß etc. anitzo vermehret (1) mit einigen Zeugnißen von der Christl. Freyheit im gemeinen Kirchen-Dienste (2) vom Zustande derer Universitäten (3) kurtzen gegen erinnerung auf eines ungenanten wohlmeinende Erinnerung etc. Francf. 1700, 12.* conf. *der aufgefangenen Brieffe I. Paqu. p. 39-44.*

(**) Non ignota sunt multorum eruditorum exempla, qui priuatam uitam honoribus, & officiis publicis praetulerunt. Liceat, hic unnum alterumque ex historia literaria repetere. CHRISTIANVS MATHIAE, per-celebris superioris saeculi theologus, postquam non solum Gymna-

mnasio Durlacensi, sed et Professioni theologicae in Alma Norica praefuisset, iamque suprema ecclesiarum Ditmarsicarum omnium ephoria ipsi demandanda esset, sponte abdicato munere, in foederati commigrauit Belgii terras, otio ibi literario uacaturus; et quamuis inuitus fere Hagae Comitum iterum Coetus Lutherani Pastor constitueretur, ad uitam tamen priuatam, quam semel elegerat, mox rediit, cui per integros decem annos indulsit. uid. THEOPHILVS SPIZELIVS *in Templo Honoris reserato p. 203. sq.* et IO. MOLLERVS *in Biblioth. septemtr. Erud. p. 189. sq.* Quis nescit magni uiri PETRI PVTEANI exemplum, qui, cum ad summos honores merito adspirare potuisset, cumque esset ipse eximia indole praeditus, tamen spretis honoribus, nobile quoddam, ac liberale otium praeoptauit. uid. GVIL. BATESIVS, *in Vitis select. erud. p. 662. sq.* CONR. MVTIANVS RVFVS, itidem uitam, inter parietes fere suos coercuit, totumque se quieti et studiosae tranquillitati dedit, iuris licet scientia praeclare excultus, de quo IOACH. CAMERARIVS, *Cum esset*, inquit, *nobili familia ortus, neque non offerentur occasiones illi amplissimorum honorum, quod et fratrem haberet in principis Cattorum aula primo loco, et ipse non modo animi, ac corporis donis, sed Italica etiam disciplina commendaretur, splendori et opulentiae fortunam exilem, et infra mediocritatem positam Gothani Collegii praetulit.---- Nam aliorum fere omnium fugiebat consuetudinem, ad*

eo, ut nimis fuisse appetens otii, studiorum, et tranquillitatis hac in parte alicui uideri possit, quam beatam praescripto aedibus titulo se arbitrari, significabat etc. in *uita Eob. Hessi, p. 25, 26. edit. Lips. cIↃ IↃC XXCVI.* add. GOTHOFR. VOCKERODT, *in Gotha Literata ante scholas publicas, Gothae cIↃ IↃCC XII, 4.* qui ex supplementis Historiae Gothanae Tenzelianis pleraque deprompsit. Quid de DESIDERIO dicam ERASMO? de quo BATESIVS testatur, eum *dignitatum, ac diuitiarum perpetuum contemtorem fuisse, neque quidquam prius habuisse, otio, ac libertate. l. c. p. 109.* Sed placet audire, quae ipse narrat ERASMVS, *Ep. XXV, Lib. XXVII. Nunc magno,* scribit, *ambitu agitur, ut me praeposituris onerent, reclamantem, ac manibus, pedibusque recusantem, ac perpetuo etiam recusaturum,* praeterquam quod famae gloria nec tantillum se tangi profiteatur alibi. *Nec ulla,* inquit, *est regio, nec Hispania, nec Italia, nec Anglia, nec Scotia, quae me ad suum non inuitet hospitium --- sed ego huic otio meo, et studio, et laboribus omnia posthabeo* comp. *Obseruationes Halenses, T. IV, Obs. XXI. p. 458.* MARCVM quoque MEIBOMIVM nostra aetate constat postremo omnes honores, et munera publica refugisse, uid. BENTHEMIVS *de statu eccl. et sch. Batau. P. II, p. 376.* add. *Bibliotheque Choisie de Mr. Clerc, T. XXII, P. II, Art. III, p. 303. sq.* qui maxime appositе de MARCO nostro *p. 305. Le bon Mons. Meibom stoit un homme de Cabinet, et nullement de mon-*

de,

de, qui lui étoit tout à fait inconnu, et il ne profita pas des conionctures fauorables. Omiseram fere CASP. BARTHIVM, de quo THEOPH. SPIZELIVS: *Licet maximam aetatis partem* BARTHIVS *in literario quodam secessu exegerit, inque egregrio quodam sapientiae arcano abscondi uoluerit, nunquam minus tamen (ad Scipionis exemplum) ociatus est, quam cum maxume ociaretur. Lipsia nimirum illi tranquillissimus literarum portus fuit, ubi in secessu turbas fugiens, et populares strepitus ocio literario, studiisque insenuit, ac ueluti alter Socrates tantum animi tranquillitatem optans, inter libros suos, et chartas sedebat, cum nil praeter Alcibiadem Athenienses loquerentur etc. in Decad. Philolog. aeui huius, uelut App. ad Templ. Hon. p. 383. sq.* Quae autem de PHILIPPO MELANCHTHONE narrantur, quod non tantúm, quas professus modo literas fuerat, abiecerit, sed in pistoris quoque officina laborauerit, ea dudum pro fabula habita, et explosa sunt. Traxit autem commentum illud originem suam ex confusione Philippi Melanchthonis cum alio quodam Philippo, eodem tempore rhetoricam Vitembergae docente, uid. Selneccerus in Orat. de uita Lutheri p. 116. add. GE. DAN. MORHOFIVS, *Polyh. Liter. T. I, L. I, C. I, p. 7, 8.* Reliqua exempla numero plurima eruditorum uitae priuatae studiosorum diligenter collegit, et exposuit V. C. CASP. HENR. STARCKIVS, *in Tract. historico--morali de doctorum uita priuata, Lubecae*

§. XII.

Minime autem ferenda eſt illa agendi ratio, qua quidem demandatam deſeruit prouinciam, negauitque, ſe illam amplius, ſalua pietate, obire poſſe. Cauſſae, (*) quas attulit, pleraeque omnes uanis-

---

cae A. cIↃ IↃ cc VIII, 4. Iam, ceteris quidem paribus, poterat ARNOLDVS quoque, abdicato munere, priuatae ſe uitae dedere, modo graiores attuliſſet cauſſas, in primiſque a conuitiis et probris, quibus omnia fere munera ordinaria, academiaſque, et reliquos hominum ſtatus inceſſit, ſibi temperaſſet. Sed enim, ſi dicendum omnino, quod res eſt, minime laudanda, ſed uituperanda potius uidetur illa doctorum nonullorum conſuetudo, qua honores et officia fugiunt. Multi profecto, quod negari non poteſt, ignauiam ſuam, plures uoluptatem, et commodioris uitae delicias, uel gloriae quoque ex literis quaerendae cupiditatem ſplendido otii literarii nomine tegunt. uid. IO. FRA. BVDDEVS, uir celeberrimus, *in Inſtitut. theol. mor. P. II, c. 3, ſect. 3. p. 498. ſq. §. 27. et* STARCKIVS, *l. c. Cap. 3. p. 103. ſq.*

(*) Placet hic, ne iniuriam ARNOLDO feciſſe uideamur, ipſius uerba bona fide excitare. Ac principio inter cauſſas deſerti muneris commemorat grauiſſimos, conſcientiae angores. (o-

biter

uaniſſimae ſunt, et parum idoneae. Pro-

biter noto uerba Arnoldi, dum cauſſas illas enarrare inſtituit: *Die Haupt-Vrſachen ſolches Entſchluſſes, ſo uiel mir dauon aus der Tieffe meines Hertzens heruor zubringen, und aus zudrucken uergönnet iſt, ſind folgende §. n.* Hem portentoſam, et cothurnatam phraſin.) *Hier iſt nun*, inquit, *leicht zu erachten, welch ein Kampf in mir ſich zwiſchen Geiſt, und Fleiſch erhoben-- Alſo daß mein Hertz offt gleichſam in ſtücken zerriſſen, und ohne Leben in uollen Iammer und Schmertzen lag, ia gleichſam in Thraenen ſchwumme etc. §. 14.* At conſcientiam potuit habere erroneam, et reuera habuit. Ergo operam dare debuiſſet, ut excuſſo *errore uincibili*, rectius ſenſiſſet. Prouocat ad uitam Aſceticorum. *Meines Orths geſtehe ich gerne, daß mich bey ehmaliger Vnterſuchung der alten Geſchichte die exempel der erſten Chriſten und darunter derer Einſamen, und Aſceten gewaltig beſchämet --- zumalu wenn uiele mich freywillig uerſichert gehabt, wie ſie nimmermehr geglaubet, daß ich bey ſolcher Erkentniß, und öffentl. abgelegten Zeugiß noch in ein ordentl. Ammt, und die damit uerknüpfte Satzungen eingehen würde etc. §. 43.* At ſcire uelim, quo Dei praecepto commendata, et iniuncta ſit uita iſta Aſceticorum? et ſi omnes demum Chriſtiani id ſequi uitae genus, animum inducerent, quid fiet de republica, & uitae ciuilis muneribus?

Affert

rum gevvorffen, daß er ſelbſt nicht vveiß, vvas er NB. aus dem Sohne Gottes machen ſoll -- Der Leſer nehme ſich die Müh, und leſe das V. Cap. L. I, der Ketzer-Hiſtorie, ſo vvird er mit Entſetzen finden, vvie Arnold die mächtigſten zeugniſſe von der Gottheit Chriſti, ſo in der Schrifft, und denen älteſten Vätern enthalten, ſo betrüglich ausläſſet, und meiſt das anführet, vvoraus er zu folgen glaubet, daß Chriſtus nicht der allein vvahre Gott ſey etc. -- Daher gehörets auch, vvenn er ſagt, alle erſinliche Ehren-Titul, die man Chriſto nach der erſten Chriſten Zeit beygeleget, vvären Satzungen der Heuchler. uid. *Animadu. Gen. c. Arn. p. 13. ſq. et p. 58.*

(**) Vid. de hac re teſtimonium, et argumenta B. EDINGERI, *infra ſub finem huius opuſculi.*

(*) En uerba ARNOLDI. *Gleich von dem Anfange ſeines Lebens ſoll er* (Wenceslaus,) *vvie die Prieſter klagen, eine groſſe Sünde begangen ha-*

probat, et tantum non omne illud sacramentum, ueluti ingenii humani commentum contemtui habet, et exponit.

§. XVIII.

Eadem, uel maiori impietate sacrosanctum epulum, et *coenam* (*) *dominicam*,

---

haben, daß er sich bey der Tauffe auf dem Tauffstein unrein gehalten — da gleichwohl das kleine Kind hievor nichts konte, was man mit ihm NB. vor Gauckeleyen vornahm, und in beyden (Tauffe und, Crönung) NB. sein völliges Alter hätten erwarten sollen. uid. *Haeresiol. P. I, p. 386.* Alibi diserte baptismum commentum aliquod uocat. *Man gab*, inquit, *das Abendmahl denen kleinen Kindern, welches ohne zweifel NB. mit ihrer Tauffe zugleich erdacht ward.* l. c. *p. 110.* Idem baptismum ueterem aliquam consuetudinem (*eine ehmalige Gewohnheit, die man im ersten Saeculo behalten*) appellare, non ueretur. ibid. *p. 36.*

(*) Denuo afferenda sunt ipsa ARNOLDI uerba, ne Arnoldistarum forte aliquis, ineptissimum hominum genus, nescio quantis Arnoldum a me onerari calumniis, clamitet. Minime autem diffiteor, me nunquam posse sine animi horrore, et detestatione impias ARNOLDI uoces, doctrinasque commemorare, aut scribendo repetere

cam, eiusque ſalutarem uſum corrumpit. epulum humanum, atque externum ſaltem adiumentum et ſignum, uocat, quo perfectiores non indigeant Chriſtiani. ſpeciatim ſacrae huius συναξεως noſtra in eccleſia praxin tan-

 tum

---

tere. Ita uero ille de S. Coena. *Bey ſolchem Grunde bedurfften die, ſo viel ihrer vollkommen vvaren, Philipp. III. 15. keiner äußerlichen Hüllffs-Mittel, vvie ſie vor die ſchvvachen verordnet vvaren, in denen Chriſtus noch nicht ſelber feſt eingevvurtzelt, und gegründet vvar. Alſo banden ſie einander nicht ſtreng an das Abendmahl, vvveder zu einiger Stärckung des Glaubens, noch zum Gedächtniß Chriſti, oder Vereinigung unter einander, ſondern ließen es einem iedvveden in der Freyheit über, in betrachtung, daß ſie erſtlich keinen klaren Befehl Chriſti, oder der Apoſtel hierzu hatten, als vvelche nur errinnert hatten, ſo offt ſie es thäten (ohne Beſtimmung der Nothvvendigkeit, oder anderer Umſtände) ſo ſolten ſie es zu Chriſti Gedächtniß thun, und zvvar biß er ſelber käme. In vvelche nun Chriſtus ſelber kommen vväre, und nach ſeiner Verheißung ſich offenbaret hätte, bey dieſen hörete vvohl dieſe Ubung, nach ſtätiger invvohnung des Herrn, ſelber auf, und gienge hingegen die Hochzeit des Lammes in ihnen zum Vorſchein der künfftigen öffentlichen Heim-*

füh-

tum non execratur, ueluti Capernaiticam, et idololatricam. Sacram coenam autem *panaceam* esse, conceptis uerbis negat.

§. XIX.

führung an. Und eben so waren sie von andern NB. *äusserlichen Zeichen gesinnet, daß sie sich nicht damit aufhielten, wo sie zu dem wahrhafftigen Wesen in Christo kommen waren etc.* uid. *Haeresiol. P. I, p. 53.* Idem *pag. 110. Vielweniger hatte da einige* NB. *Abgötterey stat, oder einbildung, aberglaube, und mißbrauch, daß mans, wie* NB. *eine Panaceam, gebraucht, der hernach so lange gedauret hat.* nec non *pag. 346. Es herrschet noch immer fort bey den vermeinten Orthodoxen die greulichste abgötterey, und der gröste Capernaismus, darauff sie alles setzen, und meynen, das heilige Fleisch soll alle ihre Greuel von ihnen nehmen, welches* NB. *der nechste Weg mit zur atheisterey ist.* Et denique de se ipso. *Ich halte allerdings nach Christi klaren Worten, und der ersten Apostolischen Kirche Exempel und Weise des Herrn Abendmahl zu seinem Gedächtniß, und Verkündigung seines Todes, und zwar zu gar vielen mahlen, und viel öffter, als ichs immer in der Kirchen halten könte. Ich verstehe aber hierunter nicht nur das innerliche stetswährende Abendmahl, sondern auch das äussere Geniessen des von Christo verordneten Brodts, und Weins, obschon* NB. *ohne die geringste Ceremonien, und Umstände,*

§. XIX.

De ecclesia (*) non aequius sentit, aut melius, et reuerentius. Existimat enim, solam ecclesiam inuisibilem hominum,

stände, in gehöriger Einfalt des Geistes Christi. uid. ARNOLDI *Erklährung vom gemeinen Secten-Wesen, Kirchen, und Abendmahl-geben etc. p. 34. et p. 37. es wäre an der gantzen Handlung unsers Abendmahls nichts gutes und unanstössiges bleiben etc.*

(*) *Man findet*, inquit, *daß dieienigen, welche noch mit dem Heylande der Welt, und untereinander wahrhafftig, und würcklich eins gewesen, sich allein an dieses Haupt in stiller niedrigkeit gehalten, und ob sie wohl von denen, die das ansehen gehabt, als Sectirer, und Ketzer ausgeruffen worden, dennoch weder Paulisch, noch Apollisch, noch Christisch heissen wollen. VVoraus ferner offenbahr, und zu schliessen leicht ist, ob die gemeinen, und grösten Hauffen oder partheyen: deren ein ieder sich recht-gläubig, und in der Lehre vollkommen ausgegeben, die wahre Kirche iemahls wahrhafftig ausgemacht, oder ob dieienigen vor die unsichtbahre rechte heilige gemeine Christi anzusehen sey, die unter allen sichtbahren Secten, als Schaaffe Christi den grossen Hirten allein gehöret, respectiret, und das ewige Leben von ihm empfangen haben. gestalt diese hieran niemals hindern koennen, daß entweder oder offenbahre Gottlose, so sich*

unter

num, qui uulgo pro haereticis, et improbissimis habiti fuerint, ueram esse. perperam ecclesiam matrem dici. solennia ecclesiastica uana esse omnia, aedesque templorum inutiles, ac profanas, ipsamque professionem ecclesiae externam explodit.

§. XX.

---

unter dem grossen Hauffen Lehrer zu seyn unterwunden, wider solche einzelne, und zerstreuete Schaafe der kleinen Heerde mit urtheilen, und verketzern verkehrter weise geeifert, und selbige, so viel an ihnen gewesen, aus den Grentzen der äusserlichen Gemeinschafft, und Kirchen-Versammlung ausgestossen haben. etc. uid. *Haeresiol. P. II, p. 725.* Idem in *praef. operis huius: Es ist gar nicht schrifftmäßig geredet, und gemeinet, daß die Kirche eine Mutter sey. angesehen die heilige Schrifft nur von einer eintzigen Mutter aller heiligen weiß, welche das obere Ierusalem ist etc,* quem errorem solidissime profligauit S. R. D. CYPRIANVS, *animadu. Gen. c. ARN. integro C. IV.* ubi recte subiungit *p. 36. wer siehet den zweck nicht? man soll sich von der Kirchen trennen. Ist sie aber eine Mutter, so scheinets hart zu seyn, von ihr abzuweichen. Damit also ein ieder sich so klug düncken könne, als die Kirche, und sie fein durchheckeln möge, so muß die unschuldige Benennung fort. etc.* Idem celeberr. uir ARNOL-

DI

§. XX.

De *magiſtratu* (*) *ciuili* quam preſſerit animo ſententiam ARNOLDVS, haud

DI corruptelas, quod ad hiſtoriam Donatiſtarum, oculis omnium exponit, et confutat, *l. c. cap. VIII, p. 78. ſq.* Poſtremo quod de ſolennibus eccleſiaſticis dixi, his Arnoldinis confirmatur. *Am allerwenigſten iſt um dieſe Zeit, und viel folgende 100. Iahre an eine prieſterliche Copulation, an ſonderliche Leich-Begängniſſe, und Predigten, oder andere lang hernach unter dem Verfall aufgebrachte Gevvohnheiten zu gedencken, damit das Pabſt-und anti-Chriſtenthum ſich unterſtützet hat etc.* uid. *Haereſiol. P. I, p. 36, 37.*

(*) Legatur D. CYPRIANVS, *l. c. im Vorber. p. 18, §. 10.* ubi ita: *Von der unſerer Religion zugethanen Obrigkeit hat Arnold in ſeinem Regiſter nahmentlich viel widriges angemercket, weil er derſelben nicht benöthiget zu ſeyn glaubet. aber von anderer religionen Oberherren findet ſich im Regiſter inſonderheit keine Anmerckung. Inzwiſchen iſt ſchwerlich ein rechtglaubiger Regent zu nennen, deſſen in der Hiſtorie gedacht worden, von welchem er nicht, auch mit Vorbeygehung der Tugendhafften handlungen, viel Fehler anzumercken ſolte vor nöthig erachtet haben. Doch verſtecket er ſeine Meinung, ſo gut er kan, wiewohl ſein Schüler davon frey ſchreibet, und ſtünde zu ver-*

nch-

haud obſcure ex uariis locis colligi poteſt. DIPPELIVS autem, pullus Arnoldinus, ſine ulla diſſimulatione profeſſus eſt.

§. XXI.

Coniugium, (*) ſtatum illum a ſummo numine ipſo inſtitutum, comprobatumque, damnauit, et peſſimis conuitiis proſcidit. quamuis non negem, eum poſtea ad paullo ſaniorem mentem,

nehmen, ob er dieſe Lehre nicht von Arnolden gefaſſet, oder doch, ob er den Arnold nicht einſtimmig befunden. Dippel lehret: Im Reich Chriſti braucht man keiner Obrigkeit. Ein gnädiger Herr, als ein gnaediger Herr, kan kein Mitglied an dem Leibe Chriſti, vielweniger ein Biſchoff der Kirche Chriſti ſeyn. Ein wahrer Chriſt, der von dem Geſetz der Sünden durch den Geiſt Chriſti befreyet iſt, ſtehet, wie Chriſtus ſein Meiſter de iure unter keiner Weltl. Obrigkeit, doch gebraucht er ſich ſeines rechtes nicht, um den geſetzlichen Volcke kein Aergerniß zu geben etc.

(*) In Myſterio Soph. p. 80. *Der Eheſtand iſt ein thieriſcher, irdiſcher, und befleckter Stand. die eheliche Liebe eine unreine Liebe. wer darinn trit, beraubet ſich der Vereinigung mit der wahren himmliſchen Sophia, oder Weißheit, und begehet einen gefährlichen, und thörichten Abfall. etc.*

tem, maxime cum ipſe matrimonium iniiſſet, reductum fuiſſe. (**)

§. XXII.

De *ſtatu* denique *damnatorum* (*) ita exiſtimauit, ut facile pateat, eum quoque *aeterni* illius *euangelii* et *apocataſtaticæ* praeconem fuiſſe.

§. XXIII.

(**) Vid. ARNOLDI *Ehelichbes, und Unehelichbes Leben der Chriſten*, de quo libro infra.

(*) Ita ARNOLDVS conceptis uerbis. *In Chriſto iſt auf ewig NB. alles zuſammen gefaſt, und was NB. zu allen Zeiten NB. von Gott abgewichen, und entfernet, oder in Secten, und Meynungen zertheilet geweſen, muß alles in ihm wiederum zuſammen gebracht, und durch ihn in Gott eingeſencket, und behalten werden. Und nun nahet die Zeit auch herbey, daß ſich auch würcklich alle Scheidung, und Trennung nach einander verliehren wird, alle Menſchen-Nahmen, und Partheyen verſchwinden, und NB. alle Creaturen in ihr Urſprüngliches allerſeligſtes Eins, durch NB. die Herwiederbringung aller Dinge, als in ein unergründlichſtes Meer der ewigen Liebe, die Gott ſelber weſentlich iſt, hinein gezogen werden ſoll, auf daß Gott ſey alles in allen etc.* uid. *Haereſiol. P. II. p. 727.*

§. XXIII.

Patet iam ex his omnibus, ARNOLDVM flagitioſiſſimam, et impuriſſimam de DEO, rebuſque diuinis cognitionem (*) habuiſſe. ſed et illud in primis iam manifeſtum eſſe, exiſtimo, ARNOLDVM, quantus demum fuit, fanaticismi (**) labe conſperſum extitiſſe.

§. XXIV.

(*) D. CYPRIANVS, *l. c. p. 7.*

(**) Id quidem errores ARNOLDI hactenus expoſiti et demonſtrati, abunde euincunt. Placet tamen, nonnulla adhuc alia paucis addere. Notum eſt peſſimum dogma de tribus eſſentialibus hominis partibus, quod inter *characteres fanaticorum* iure, meritoque refert S. R. D. WERNSDORFIVS de *ſtatu primi hominis p. 13. §. 13.* At uero illud conceptis uerbis aſſeruit, docuitque ARNOLDVS cum alibi paſſim, tum in *der Evangel. Auslegung p. 920.* Nec procul idem abfuit ab apotheoſi fanatica. *Gott wird*, inquit, *mit unſern Verſtand, und Willen ein Geiſt in des Weſens Einigung.* Item: *Dein VVeſen hat in mir ſelber den gantzen Tempel-Leib erfüllet -- Ich muß NB. in dir vergöttert ſeyn, zum weſentlich geeinten ein etc.* uid. Ei. *Sophia Myſt. p. 22, 28, 29.* ne quid de Myſticiſmo eius, afflatu ſcripturae ſuperaddito, canone interno, iuſtificatio-

§. XXIV.

Atque haec iam illa est ARNOLDI religio. hi errores sunt graviſſimi. Integrum uero esto amicis, inimicis, de munditie ARNOLDINAE fidei, doctrinaeque iudicare.

§. XXV.

Neque uero quis existimet, me ita ingressum esse Augiae illud stabulum, ut omnes omnino ARNOLDI errores enumerauerim. Absit. restant plurimi, et nihilo leuiores, aut excusatiores, quibus sigillatim exponendis supersedeo.

§. XXVI.

Ceterum meo me defunctum officio esse, arbitror, quod, quae demum, et qualis ARNOLDI religio fuerit, quibus se erroribus implicarit, bona fide ostenderim. aliorum, nempe theologorum est, ista errorum portenta, et monstra conficere. mei certe instituti, quod non

F tam

---

catione intrinseca etc. etc. repetam. Quid? quod recte adeo Celeberr. WERNSDORFIVS ARNOLDVM hunc *fanaticorum omnium choragum* appellat, de *Osiandrismo in Pietismo renato*, C. *II, p. 76.*

tam dogmaticum, quam hiſtoricum eſſe memini, non patitur ratio.

§. XXVII.

Reliquum eſt, ut iam uideant, quorum id intereſt, quid de ARNOLDO iudicandum, et an mereatur omnino, a uiris non indoctis tanto haberi in pretio, et deliciis fere, qua quidem fortuna adhuc uſus eſt non nullibi.

§. XXVIII.

Ego, cum interiorem iam perſpexerim fere ARNOLDI animum, doctrinaſque explorarim, nihil uereor, affirmare, non ſolum nullo uituperio, ſed maxima inſuper laude, et immortali gloria dignos eſſe, qui adhuc fortiter pro ueritate eccleſiae noſtrae contra inſultus, et inſidias ARNOLDI, Arnoldiſtarumque, ſtetere, (*) Deumque rogan-

(*) Recte B. FECHTIVS. *Ne quidem boni uiri, nedum theologi nomen meretur, qui ad archiſycophantae, illius male dicta, quibus uniuerſam eccleſiam noſtram, omnesque eius doctores, ſine fronte, ferociter conſpuit, iisque technis ad religionum omnium indifferentismum rectauia ducit, ſileat, nec uel ueritatem defendat, uel uindicet famam. uid. Critica in Arnoldi Criticam, Ep. ad Reſp.*

gandum esse immortalem, ut ipse hostium euangelii infringat conatus, ecclesiam ab illorum machinationibus, et consiliis pessimis immunem praestet, et securam, pacem reddat, conseruetque, ac denique erroribus deceptos ad sanitatem reducat.

SECTIO III

DE INGENIO INDOLE PRAE-IVDICIIS ET ERVDITIONE ARNOLDI.

Σύνοψις

Mira in ARNOLDO *bo-ni, malique συγκρασις. §. I.*

Generatim de ingenio ARNOLDI. *§. II.*

Polluit arte poëtica, et critica. §. III.

Multis omnino fautricis naturae muneribus ornatus fuit. ibid.

Ἄσκησις, *et* μάθησις ARNOLDI. *§. IV.*

ARNOLDI *ingenium quomodo in enthusiasmum et fanaticismum degenerarit. §. V.*

Caussa mali utriusque. §. VI.

Reliqua indoles animi ARNOLDI. *§. VII.*

Iudicium D. LOESCHERI *§. ibid.**

Praeiudicia ARNOLDI *generatim. §. VIII.*

Speciatim. §. IX. XII. fuit ARNOLDVS. §. XVI.

An excellens ARNOLDO doctrina tribui queat. §. XIII.

Graecarum literarum expers fuit. §. XVII.

Ipse ARNOLDVS contemtui habuit eruditionem humanam. §. XIV.

Neque in literatura Ebraea uersatus. §. XVIII.

Philosophiae quoque ignarissimus. §. XIX.

Quid uera eruditio. §. XV.

De erroribus eius historicis. §. XX.

Linguae Latinae ualde mediocriter peritus fuit.

Obiectio soluitur, et sinitur sectio. §. XXI.

§. I.

Vix in homine quoquam alio tantam boni, malique συγκρασιν deprehendas, quam in ARNOLDO. Polluit ingenio, sed portentoso. diligentiam adhibuit singularem, sed ad pessima quaeque. indole animi ad literarum cultum aptissima praeditus fuit, sed ipsius data quasi opera, et studio neglecta, et deprauata. denique eruditionem habuit, sed erroribus. et sexcentis praeiudiciis corruptissimam. Dicamus de singulis.

§. II.

Ingenium natura ARNOLDO dede-

rat

rat minime hebes, aut tardum, ſtupidumque. (ita enim parum ad nouam excitandam haereſin aptus fuiſſet) ſed excitatum, acre, et promtum, quod ſatis probauit tot euulgatis ſcriptis, et libris.

§. III.

Facile quoque inducor, ut credam, maximam ingenii uim in *arte poetica, et critica* cognoici, atque elucere. Neutra facultas ARNOLDO defuit. Carmina ſcripſit, ſi τὸ μέτρον ſpectes, et habitum omnem externum, ad elegantiam usque. de ſcriptis, et auctoribus iudicauit acerrime. ac generatim negandum non eſt, ARNOLDVM multis, et praeclaris fautricis naturae muneribus (*) ornatum fuiſſe.

§ IV.

Acceſſit diligentia ſingularis, et labor conſtantiſſimus? (*) quique adeo,

(*) Hinc S. R. D. LOESCHERVS eundem uocauit *einen mit vielen Gaben gezierten Autorem*, *in Relat. Innoc. A. cIↃ IↃ c CIV, p. 903.*

(*) Ipſe ſibi uitam admodum laborioſam, et *actiuam* tribuit, quam tamen ſe morti ſpirituali traditurum eſſe, profitetur. *Ob mich wohl*, inquit, *mein*

cum fideli iunctus institutione, multum ad ingenii profecit culturam.

§. V.

Istam uero ingenii ARNOLDINI uim, deplorandum est, in duos degeneraſſe grauiſſimos morbos, alterum *enthusiasmum*, (*) alte-

mein natürliches, arbeitsames, und actiues Wesen auch unter guten Schein hierzu (zum Bücherschreiben) noch bewegen wolte, so weiß ich doch, daß es nicht mehr leben, noch sich bey dergleichen Arbeit nehren, sondern durch leidenden Gehorsam entkräfftet, und getödtet werden müsse etc. uid. *Haeresiol. T. IV, p. 844. §. 2.*

(*) *Professum enthusiastam* ARNOLDVM uocat. S. R. D. WERNSDORFIVS, *de statu primi hominis p. 7, §. 6.* neque id immerito. Qui enim cogitat, quam studioſe ſectatus ſit ἔλλαμψιν immediatam, quo niſu, et conatu enthuſiaſtas omnes defenderit, denique qui repetat ſaltem, quae ſuperiori ſect. ex inſtituto de erroribus ARNOLDI, commentati ſumus, uel ſolum illius de ſophia librum legerit, is profecto nulla uel umbra, aut ſpecie ab enthuſiaſmo illum uindicare poterit. Huc pertinet quoque Quackerismi defenſio ARNOLDINA, de qua celeberr. D. CYPRIANVS: *Es iſt eine neue und nugatoriſche Lehre, ſo die Quäcker haben, und von Herrn Ar-*

alterum uero *fanaticissimum.* (**)

Arnolden gebilliget wird. will mir iemand dieſes letztere noch nicht glauben, ſo will ichs klärer machen. wenn Arnold erzehlet (P. II. p. 62.) wie ohnlängſt ein vornehmer in Engelland mit einer Karbäthſche die Quäcker abzupeitſchen in derſelben Verſamlung gegangen, dabey aber ſo kräfftig gerühret worden, daß er ihre Bekäntniß vor gut erkannt, ſo füget er auf dem Rand hinzu: das ſey eine wunderbahre Erleuchtung und Weg Gottes. wer ſiehet hier nicht, daß die Quäcker Religion vor die wahre angegeben wird? Gott führet mich zu keiner falſchen Religion, wozu es auch keiner Erleuchtung bedarff. Wen Gott auf ſeinen Wegen zu einer Religion führet, und ſolche anzunehmen erleuchtet, den führet er zur wahren religion. Nun führet aber Gott, wie Arnold ſaget, zur Quäcker Religion. Drum iſt, nach Arnolds Meynung, die Quäcker Religion die wahre Religion. wenn es auch ohne dem wäre, und der H. Arnold dieſes nicht geſetzet hätte, ſo würde ich ihm doch, wie niemals, alſo bevorab in dieſem Capitel, nicht unrecht thun etc. uid. Animadu. Gen. C. Arn. p. 34. §. 8.

(**) *Fanaticiſmi* plena ſunt omnia fere ARNOLDI ſcripta, plena omnis illius uita. ſed comparentur in primis; quae ſupra de erroribus ARNOLDI ex ipſius confeſſione attulimus, ubi πρὸς ὄμμα demonſtratum puto, eum et ſcripturam,

§. VI.

Causam si quaeras utriusque mali, huc aduocanda est partim uehementior, et exorbitans (*) imaginatio, partim uero ipsa melancholia (**) ne quid de infernalis genii efficacia addam.

§. VII.

---

et sacramenta contemtui habuisse, eleuasse, et reiecisse. Atqui uero haec natura, et indoles propria est fanaticismi.

(*) Maximum, quod subinde praestantissimis, & excellentissimis imminet ingeniis, periculum *enthusiasmus* est. Enimvero uti ingenium tum maxime conspicitur, cum uiuida, & insigni aliquis praeditus est imaginandi facultate, ita si uehementior fiat, exorbiteтque imaginatio, neque suos intra limites coerceatur, proxima ad enthusiasmum aperta uia est. Iam porro eadem ratione poetis quandoque κατ' ἐξοχὴν ingenium tribuitur, nimirum, quod hi sint εὐφαντασιώτατοι, hoc est, imaginandi ui prae ceteris polleant. Obstupescas autem fere in ARNOLDO, si uel solum librum de igniculis diuini amoris, & Mysterio Sophiae legas, imaginationis abundantiam, & intemperiem, conf. de hac re. D. BVDDEVS, in *Theol. Mor. P. I, Cap. I, Sect. V, p. 174. sq.* & CL. HEVMANNVS in *Actis philosophorum*, P. *IV, C. II. de ingenio philosophico.*

(**) ARNOLDVM fuisse melancholicum, non nega-

§. VII.

Quod ad reliquam indolem animi ARNOLDI attinet, non uno probauit documento, se et ambitione et superbia pertinaciaque in retinendis et defendendis paradoxis erroribus, et plane suspicaci et iniquissimo animo, nimium, quantum laborasse. (*)

negabit qui uel attentius legerit, quae supra de uita eius tradita sunt, et temperamentorum nouerit discrimina, et affectiones, uel scripta perlustrarit ARNOLDI. Ceterum pertinent huc uerba S. R. D. BVDDEI. *Temperamentum melancholicum quod plurimum huc (ad fanaticissmum, et enthusiasmum) conferat, -- satis patet. Certe ob sanguinem crassiorem, et particulis terrestribus refertum, non possunt non uehementissimae, fortissimaeque impressiones oriri, si semel in motum extraordinarium concitatus fuerit. Eandem ob rationem iidem ad tristitiam, hinc et ad superstitionem proni sunt. Interim accedere etiam uoluntatis quaedam uitia possunt, ut credulitas, arrogantia, et alia. Eminere enim prae aliis, iisque multum praestare, sibi uidentur, qui afflatuum diuinorum se participes factos, existimant etc. l. c. p. 182, 183.*

(*) Placet, huc summatim laudare Celeberr. D. LOESCHERI de ARNOLDO iudicium. *Eydem*

§. VIII.

Infinitis autem laborauit *praeiudiciis* ARNOLDVS, unde tot, tantaeque et hiſtoriae ſacrae corruptelae partiumque ſtudium, et errorum quoque innumera fere genera.

§. IX.

Principio commemoro illud praeiudicium, princeps fere, et praecipium, quo ſtatuit, hominem pium et Chriſtianum omnes migrare oportere ſectas (*) coetusque religioſos, et fidei pro-

dem Autore, inquit, *herrſchet eine Liebe zu paradoxis, und von aller Welt verworfenen Lehren, eine Verachtung alles deſſen, was er von andern gelernet, und folgbar eine ungemeſſene ſelbſt-Liebe, und Einbildung von ſich, hernach ein argwöhniſches Gemüthe, das alles, was ihm einiger maſſen nicht gelegen, mit den Worten: Wer weiß etc. und andern ungeiſtlichen coniecturen zum ſchlimſten ausdeutet.* uid. *Relat. Innoc. A. cIↃ IↃ cc I. p. 95. ſq.* Quae omnia longe eſſe ueriſſima, non negabit, aut dubitabit, niſi qui ſcripta ARNOLDI non legerit, aut impio partium ſtudio laboret, ARNOLDVMque, uel reclamante conſcientia, excuſare, et defendere uelit.

(*) Audiatur S. R. D. CYPRIANVS, grauiſ-

mus

profeſſionem externam. ſectas denique omnes perditiſſimas eſſe, quibus nemini, ſalua pietate, et conſcientia, intereſſe liceat. Comparentur, quae ſupra *de ARNOLDI erroribus* dixi.

§. X.

mus uir, cuius iudicio prudentiſſimi quique plurimum tribuunt. *Arnold*, inquit, *hat ſich durch die Laſter, ſo bey allen ſecten im ſchwange geben, und die Unverträgligkeit vieler Leute dahin verleiten laſſen, daß er meynet man müſſe ſich zu gantz keiner ſecte bekennen, ſondern die religion vor ſich formiren. -- Nachdem er alſo mit dieſen NB. Vorurtheil wider die Secten eingenommen, und alle Unvollkommenheiten durch Vergröſſerungs-Gläſer angeſehen wordem, damit man ia alle ſecten fein abſcheulich vorſtellen könne, da ſcrieb er eine hiſtorie von denen ſecten, und nennete ſie eine Unpartheyiſche. In dieſer wolte er ſagen, wie viel dienge bey denen ſecten vorlieffen, die einen zur abſonderung bewegen ſollten, und der Mittelpunct, wohin ſein gantzes buch zielet, war dieſer, daß er aus anderer Leute, ſo ſich zu denen ſecten bekennet, ſchaden die itzige Welt möge Klug machen, und viele von ſecten abziehen. -- So iſt demnach die Ketzer-Hiſtorie aus dieſem Vorurtheile geflоſſen, worrinne Arnold, vermöge ſeines Endzwecks, die ſecten nicht anders, als abſcheulich abmahlen müſſen. Denn er will durch die Ketzer-*

Hiſto-

§. X.

Reliquas praeiudiciorum copias ipſe eduxit in *praef. operis hiſtorici, et haereſiologici.* Problemata nominauit, et quae-

Hiſtorie die Chriſten ſo Klug machen, daß ſie ſich von denen ſecten abſondern ſollen. Es würde ſich aber keiner auf Arnolds Veranlaſſung trennen, wenn er die ſecten nach dem guten, welches ſie haben, beſchrieben hätte: daher wurden ſie vielmehr durch alle praedicamenta gezogen. Und dieſes war ſehr raiſanable etc. uid. *l. c. p. 5, 6. 7.* Idem praeſtantiſſimus uir abſurditatem & damnum, quod et religioni, et reip. inferat, praeiudicium hoc accurate exponit, pag. 8. ſqq. ubi tandem ita perorat. *Es iſt aus hochwichtigen Urſachen vom gantzen Reich ein Grund-Geſetz gegeben, keine andere religion ſoll gelitten werden, als die Päbſtiſche, Reformirte, und unſere, wornach auch alle Reichs-Verfaſſungen eingerichtet werden. Da kommt nun der mit ſeiner Ketzer-Hiſtorie, und hechelt, dieſe Conſtitution ſo durch, daß ohne weitläufftige Folge erhellet, wie unrecht ſie ihm ſcheine --aber was fichtet man doch die Lehre der ſecten unter denen Nahmen an, warum gehet man nicht vielmehr mit der Sprache heraus, und ſaget, was denn an der Lehre, zum exempel, der Luberaner unrechtes ſey! was hat doch der Nahme gethan? wann erwieſen iſt, daß unſere Lehre falſch ſey, ſo iſt ohne dem klar, daß man ſich des Nahmens nicht bedienen dürffe? etc. etc.*

quaeſtiones, ſed usque adeo captioſas (*) et fallaces, ut facile ad peſſimos defendendos nebulones adhiberi queant.

§. XI.

(*) Ita recte iudicat D. LOESCHERVS. *Zum Anfange*, inquit, *des I. Theils legt er (Arnold) eine groſſe Menge fragen von Kätzermachen vor, welche ſo captieux eingerichtet, daß dadurch der Leſer leicht auf die Gedancken gerathen kan, es ſey kein Kätzer, noch Kätzeriſche Lehre iemahls geweſen, und alle, ſo vor die göttliche Wahrheit geſtritten, wären die gröſten Kätzer, und böſewichter. Man könte alle dieſe Fragen, mutato ſolum, obiecto, hinſetzen, und daraus beweiſen, es ſey niemals eine rebellion in der Welt geweſen, ſondern Rebellen wären iederzeit die beſten Unterthanen geweſen, denen man Unrecht, gethan, etc.* uid. *Relat. Innoc. cIↃ IↃ cc I. p. 97.* add. D. CYPRIANVS, l. c. p. 20, 21. Lepide quoque de iſtis ARNOLDI problematibus FRED. CHRISTIANVS FEVSTKINGIVS *in diſſ. de ἀνισοφησία ARNOLDI, F. 3. Regulas iſtas, quas circa haereſes examinandas operi praemiſit, data, uelim, occaſione Sacro, quod Romae eſt, officio, aut, quot conſultius erit, Inquiſitioni Hiſpanae, aut Goanae ultra Gangem committat, fortaſſis, optime Arnolde, egregium pietatis tuae ſpecimen perofficioſe, et per amanter obſeruabunt neque enim nobis hoc*

Cato-

§. XI.

Summa eorum huc redit. homines, qui eccleſiae, eiusque miniſtrorum, membrorumque perfectam ſanctitatem, et ab impiis ſeparationem urgent, et iactant, ad antiquiſſimae apoſtolicae eccleſiae tempora reiici poſſe. interfuiſſe autem eccleſiae corruptae, et uitiatae, iſtiusmodi ueritatis teſtes ſupprimere. Scripturam ſacram non eſſe usque eo perfectam, quin, ad diiudicanda dogmata, et controuerſias ſacras, ſuperiori quodam opus ſit effluxu ſpiritus. eccleſiam non eſſe matrem. expectandam eſſe creaturarum omnium ἀποκατάσασιν, Babelicam theologorum noſtrorum confuſionem eſſe, quod in definienda haereſi non conueniant. haereſin non eſſe in intellectu, ſed in uoluntate, &c. &c. (*)

§. XII.

Catone opus eſſe, certiſſime tibi habeas perſuaſum.

(*) Audiatur hic generatim ἐπίκρισις D. CYPRIANI. *Arnolds übrigen Vorurtheile ſollen hier nicht alle beygebracht werden, weil ſie Arnold zu unſerm Glücke vor die Hiſtorie drucken laſſen, alwo ſie von ſelbſt des Autoris groſſe Partheyligkeit verra-*

§. XII.

Incido hic forte in aliud, ſed multo peſſi-

verrathen. *Es hat zwar Arnold denen einfältigen einen Dunſt vor die Augen machen, und ſie bereden wollen, er habe gedachte Vorurtheile, als Problemata angebracht, und wolle darüber mit keinem diſputiren. allein dieſer Streich iſt zu offenbahr. Denn er muß ia ſelbſt geſtehen, was iedermann ſiehet, nemlich daß er ſie alle vor wahr hält, und ſeine Hiſtorie darnach abgemeſſen --- Uberdiß hat er ia das gantze Buch darnach eingerichtet, und darunter ſubſumiret, als unter wahren principiis. -- Ich ſage demnach ungeſcheut, daß H. Arnold das gantze Corpus ſeiner Vorurtheile im Kopf gehabt, als er den Anfang von der Hiſtorie machte. Dieſes beweiß ich erſtlich daher, weil er die Hiſtorie nach ſeinen vorgefaßten Meynungen gezerret, denen Kätzern zu Liebe die Umſtände verſchwiegen, und der Rechtglaubigen Sinn, und Worte verfälſchet -- zum andern iſt es daher unläugbar, weil ſich viel Sätze aus der Hiſtorie nicht erzwingen laſſen. -- Wenn er mir 1000. Freygeiſter bringt, die alles nach ihres Geiſtes einſpruch beurtheilen, ſo bleibt doch die Frage noch, ob es recht ſey, und man es heut zu Tage thun müſſe. Er geſtehet ſelbſt, daß die Antwort auf die Fragen und ſeine Vorurtheile im Buch zu finden, folglich das Buch wie die Fragen, und die Fragen, oder Vorurtheile, wie das Buch ſeyn etc. l. c. p. 29. ſq. p. 45. ſq.*

peſſimum ARNOLDI *praeiudicium* de emendatione ſacrorum (*) per Lutherum facta. Exiſtimat enim, nihil opus fuiſſe tanta contentione. partes nequaquam *in fundamento* diſſenſiſſe. adiaphora fuiſſe, ceremonias, et traditiones, de quibus dimicare uoluerint. concordiae, pacisque neglecta conſilia eſſe, &c.

§. XIII.

Iam iudicent, uelim, aequi lectores, uel

(*) En uerba hominis. *Cum D. Io. Eckius eandem ob cauſſam, quod Lutherus Taulerum laudauiſſet, eumque citaſſet, hunc damnare, aut reprobare uellet, tanto effectu alii, et in primis celeberrimus ille Myſticus (inter Romano-Catholicos) Ludouicus Bloyſius, Tauleri authoritatem uindicauerunt, ut ab eo tempore nullus de illo dubitaverit. Sicque NB. partes controuertentes, quoad fundamentum, unanimes erant, & ſi ueram pacem ſectari affectaſſent, NB. in eſſentiali euangelii et ſenſus Ieſu Chriſti fundamento concordes, et pacifici manere potuiſſent, ſi modo alius alium in adiaphoris, ceremoniis, et traditionibus toleraſſet, nec tot in Chriſtiano orbe ſectas, et NB. proprias eccleſias aedificauiſſet.* uid. *Hiſt. et Deſcr. Theol. Myſt. C. XII, p. 209. §. 3.* Ineptiſſimum profecto praeiudicium hominis, quem, iurares, nec hiſtoriae *reformationis*, nec ſanae theologiae prima principia cognita habuiſſe.

uel ex his, quae ſpeciminis cauſſa attulimus, ARNOLDI *praeiudiciis*, quid demum ſani omnino, aut ſolidi ab iſto uiro expectari potuerit. neque deſunt tamen, qui excellentem illi doctrinam, et eruditionem tribuant. qua de re iam ſigillatim diſpiciamus.

§. XIV.

Ac principio quidem hic denuo nouus errorum fons, id eſt, nouum indicandum eſt boni ARNOLDI praeiudicium. (*) Ipſemet enim, more fanatico, tantum

(*) Ipſe uerba faciat ARNOLDVS. *Es zog mich*, inquit, *meine natürliche Luſt, und Fähigkeit, ſehr auf vieles wiſſen, ſonderlich auf die philologie, und darinnen auf die Antiquität, hiſtoriam ciuilem, und criticam. Hierinne nu NB. litte der Geiſt unter groſſer Mühſeeligkeit ſehr viele Gefahr, und Schaden. Es zog mich auch die Liebe Gottes durch ſtätige Gegenſätze, und Zeugniſſe offt davon gewaltig ab, und auf das einige nothwendige: ſo gar, daß ich etlich mahl nicht nur NB. alles unnütze ſtudiren zu unterlaſſen, ſondern NB. alle meine Bücher biß auf wenige abzuſchaffen, durch die äuſſerſte beängſtigung meines Hertzens, und Uberzeugung von der groſſen Eitelkeit gedrungen wurde.* uid. *Offenhertzige Bekäntniß*

tantum non omnem eruditionis humanae damnauit uſum, ratus, *ſpiritum* premi iſto literarum apparatu, eoque uitam animi ſpiritualem impediri, ſoli ſapientiae myſticae locum relinquendum eſſe, et quae alia ſunt *φαντάσματα*, quae *ineptas ineptias* non inepte dixeris.

§. XV.

Qui poterat ergo ad praeclaram eruditionem peruenire, qui iſto ductus errore fuit. Sed age, relinquamus tantiſper ARNOLDO doctrinae, atque eruditionis laudem. disquiramus autem, quid demum *eruditionis* nomine intellectum uelimus? Etenim ſi eruditio dicenda eſt multorum librorum qualiscunque notitia, et lectio, uel ex multis aliis nouos concinnandi libros, et uolumina, aut ueteres errores nouis incru-

---

etc. lit A. 3. b. A. 4. §. 3. Idem alibi de ſe ipſo. *Wo nicht der Schreiber dieſer Hiſtorie vorlängſt den apparatum dieſer faſt unzehligen dinge ſchon beyſammen gehabt, vvürde es ihm unmöglich gevveſen ſeyn, ſelbige nun zu ſamlen, nach dem die Liebe Chriſti nicht ruhet, biß ſie uns gar in ſich gezogen, und gleichſam verſchlungen hat.* uid. *Haereſiol. P. II, p. 727.* Comparentur, quae ſupra dixi, *Sect. I, §. XII.* ***

cruſtandi coloribus facultas, non nego, ARNOLDVM pereruditum fuiſſe diffuſiſſimaeque lectionis uirum. Sed longe alia, ni fallor, animo concipienda eſt eruditionis uerae notio, quae in eum demum cadere uidetur, qui ſolida, et praeſtantiori rerum neceſſariarum, atque utilium cognitione, ſubacto iudicio exculta, praeditus eſt, uſuque, et exercitatione multa prudentiam ſibi conciliauit, ſcientia, et cognitione ſua cum aliorum, tum propriae felicitati conſulendi. (*) Atque talis quidem eruditionis, fateor, pauciſſima in ARNOLDI ſcriptis reperiri ueſtigia.

§. XVI.

Ac uereor profecto, ut magna eruditionis laus concedi, aut relinqui poſſit ARNOLDO, ſi ſigillatim praecipua doctrinarum genera cogitare uelimus. *Latinae linguae*, communis illius, et perpetui literatorum inſtrumenti, ualde mediocriter peritus fuit. et quamquam non nego, eum in primis CONR. SAM. SCHVRTZFLEISCHI inſtitu-

(*) Generatim comparandus huc uir doctiſſimus IO. CHRISTIAN. LANGIVS, in *Protheoria eruditionis uniuerſae etc.*

tione ad elegantiorem linguae illius cultum perductum fuisse, unde binae illius dissertationes academicae non inelegantes scriptae sunt, postea tamen, data ueluti opera, uidetur dedidicisse usum earum literarum, ratus forte cum THOMASIO, linguam Latinam Anti-Christo propriam, et familiarem esse. usque adeo reliqua ARNOLDI scripta Latina nihil fere habent Latini.

§. XVII.

Graecarum autem literarum expers propemodum, et imperitus fuisse, censendus est, quod dudum animaduersum est cum aliis, tum ELIAE VEIELIO, (*) ecclesiae Vlmensis doctissimo, et celeberrimo quondam theologo.

§. XVIII.

(*) Comp. *Augenscheinliche Erweisung, dass G. Arnold seine schlechte Wissenschafft in der Griechischen Sprache selbst verrathen habe, herausgegeben von D. Elias Veiel, etc.* Vlmae cIↃ IↃC CCI, 4. Scilicet adiecerat ARNOLDVS operi suo historico *Fragmentum THEODORI de haeresi Valentinianorum*, quod uulgo CLEMENTI ALEXANDRINO subiungi solet, neque dum in aliam linguam uersum fuerat. ARNOLDINAM uersionem sub examen uocauit anonymus quidam

§. XVIII.

Neque affirmari, aut ullo comprobari documento poteſt, ARNOLDVM in literatura Ebraea, theologo ſumme neceſſaria, uerſatum fuiſſe, aut reliquas calluiſſe linguas orientales.

§. XIX.

Fruſtra quoque ceterarum diſciplinarum, bonarumque artium cultum, et cognitionem in ARNOLDO requiras. In primis ſanioris philoſophiæ ignariſſimus fuit, ſuopte incredibili damno. neque enim unquam illum exiſti-

dam, H. G. W. E. M. et ultra centum errores in ea deprehendit, notauitque, ſaepe maſculinum cum feminino perperam commutatum, interdum Graecis uocibus, male intellectis, nouas, peregrinas, et plane falſas tributas eſſe ſignificationes, non nunquam integrum contextus ſenſum corruptum etc. Et quis non rideat, ARNOLDO σερεὸς ſignificari *mangelhafft*, ἥτ]ων, *beſſer*, ἐυώνυμος, *recht*, *etc. etc.* Hinc nouam plane, eamque multo meliorem Anonymus iſte concinnauit Fragmenti illius uerſionem, quae, laudabili inſtituto, ſubiuncta eſt libro VEIELIANO, ſupra memorato. Plura de hoc argumento edifferam, B. C. D. in *Schediasmate. de turpi Graecarum Literarum ignorantia.* –

mo tantis, tamque ineptis erroribus implicari potuisse, si philosophiam, illam bonae mentis magistram, meliori studio secutus fuisset.

§. XX.

Sed historiarum tamen, inquis, apprime peritus fuit. immo uero mortalium omnium, meo quidem iudicio, ignariſſimus. Longum est, repetita literarum memoria, omnes, et infinitos ARNOLDI errores percensere historicos, (*) de quibus iam alios ex instituto exposuisse memini.

§. XXI.

(*) Ἀνιστορησίαν ARNOLDO primus, ni fallor, exprobrauit FRED. CHRIST. FEVSTKINGIVS in singulari diss. Wittebergae A. cIↃ IↃ cXCIX. praeside D. HANNEKENIO excussa. Successit quoque *Anonymus* quidam in Cl. ECCARDI *Excerptis Literariis Hanoueranis*, *A. cIↃ IↃCC*, *Mens. IVN. p. 296--307.* & Celeberr. D. CYPRIANVS, in *Animadu. Gen. C. ARN. p. 119--128.* aliique, & nouissime quidem V. C. FRID. ARNKIEL in *Vindiciis Christianismi Cimbrici*, *Germanice editis*, *Tychopoli*, *A. cIↃ IↃ cc XII.* Et negari profecto non potest, ARNOLDVM variis, multisque historiarum inscitiam prodidisse exemplis. Non nulla perridicula sunt, & ab omni ueriſimilitudine aliena, a quibus uel tiro-

tirones ſtudii hiſtorici, facile ſibi caueant. Ita *P. I, Haereſiol. p. 319.* Regem CONRADVM I, ducem uocat Franconiae, OTTONIS LVDOLPHI Saxonis F. Haec perplexe admodum dicuntur. CONRADVS enim, ex mente quidem ARNOLDI, OTTONIS, OTTO uero LVDOLPHI Saxonis F. fuit. Duos igitur hic ex uno fingit. Iam porro ſatis conſtat, LVDOLPHVM in Saxonia inferiori, non in Franconia, habitaſſe, et, teſtibus probatiſſimis ſcriptoribus, BRVNONEM, OTTONEM, et LANGVARDVM progenuiſſe, ex quibus OTTO quidem HENRICI Aucupis, pater fuit. At ſi fides ARNOLDO, en Rex ille CONRADVS HENRICI Aucupis frater fuit, quod dictu longe abſurdiſſimum. Commiſcuit nempe duos OTTONES, commiſcuit duos CONRADOS, aetate quidem aequales, cetera diuerſſimos. Idem *pag. 320*, praefidenter aſſerit, *HENRICVM Aucupem BRVNONEM F. epiſcopum conſtituiſſe Colonienſem, MATHILDEM uero Filiam Abbatem Quedlebugicam.* At uero quis neſcit, HENRICVM Aucupem A. 936. obiiſſe, WIGFRIDVM autem, archiepiſcopum Colonienſem, BRVNONIS anteceſſorem, A. 923. ad honorem illum adſpiraſſe, et tandem A. 953. demum mortuum eſſe. Qui fieri potuit ergo, ut BRVNO a patre HENRICO epiſcopus factus ſit, Colonieſis. Illud autem lepidum eſt, quod ARNOLDVS ſaepe libros excitat, teſtimonii cauſſa, quos fruſtra in rerum natura requiras. Laudat *p. 349. HERMANNI*

§. XXI.

Nolim autem negare, ipſum ARNOLDI opus hiſtorico-haereſiologicum multae continere apparatum eruditionis, ſed hinc, inde, uarie compilatum, ab aliis ſubmiſſum, (*) et peſſima fide interpolatum, unde adeo ipſius ARNOLDI perperam colligas doctrinam, et eruditionem. Si quid tamen habuit exculti ingenii, doctrinaeque, id Vitembergae, ſi dicendum, quod res eſt, debet, quam ingratiſſimo animo, non ſolum non laudat unquam, ſed acerbiſſimis etiam impetit iniuriis, et calumniis. SECTIO

ÆDITVI Chronicon, quod nuſquam editum extat, etſi a multis promiſſa fuerit editio. Comparentur Cl. ECCARDI *Excerpta*, *l. c.* LVCAM HOLSTENIVM, ait, commendatum fuiſſe Reginae CHRISTIANAE ab H. GROTIO, ideoque ab iſta Romam euocatum eſſe. At enim GROTIVS, quod conſtat, Roſtochii mortuus eſt A. 1645. CHRISTINA autem regina A. demum 1655. ad pontificiam tranſiit, religionem, Romamque ſe contulit. Quomodo ergo GROTIVS, longo poſt mortem ſuam tempore HOLSTENIVM commendare potuit? Legas reliqua apud D. CYPRIANVM, et auctores ſupra excitatos, atque obſtupeſces.

(*) Vid. *infra Sect. V.*

SECTIO IV.

DE SCRIPTIS ET COMMENTATIONIBVS ARNOLDI.

Σύνοψις

Multa scripsit ARNOLDVS §. I.

Ratio instituti. §. II.

ARNOLDI dissertationes academicae. §. III.

Abbildung der ersten Christen §. IV.

*Methodus libri. Ib.**

Quid in Gu. Cauio. desideret ARNOLDVS. *Ib.***

Haeresiologia, de qua infra §. V.

Apologia ARNOLDI. §. VI.

Confessio eius, de qua supra. §. VII.

Leben der Gläubigen. Ib.

Göttliche Liebes-Funcken, et CLEMENTIS R. *Recognitiones.* §. IIX.

Mysterium Sophiae. §. IX.

Quid ex hoc libro refutandum sumserint D. WERNSDORFIVS, *et D.* SCHROEERVS. *Ibid.***

Historia et descriptio theologiae Mysticae. §. X.

De coelibatu, et uita coniugali primorum Christianorum. §. XI.

De cognatione Christianorum spirituali. §. XII.

Consilia, et Responsa theologica. §. XIII.

Geistliche Gestalt eines Euangl. Lehrers. §. XIV.

Postilla. §. XV.

Scripta GVIONIAE ab ARNOLDO uerſa, et edita §. XVI.
Poſtilla ARNOLDI. §. XVII.
PETRI ALLIXII liber ab ARNOLDO uerſus et editus §. XVIII.
Abwege frommer Menſchen. §. XIX.
Abbildung des inwendigen Chriſtenthums. §. XX.
MACARII homiliae, ex recenſione, et uerſione ARNOLDI. §. XXI.
Wohleingerichteter Schul-Bau. §. XXII.
Nonnulla ſcripta, hic omiſſa ſequenti ſeruantur ſectioni §. XXIII.
Reliqua ſcripta ſummatim enarrata. §. XXIV.
Ἐπίκρισις generalis de ſcriptis ARNOLDI. §. XXV-XXX.

§. I.

Multa ſcripſit ARNOLDVS, ut difficile ſit fere, omnium inire numerum librorum, eaque re non tam auxit, quam obruit orbem literatum, uti ſupra dictum eſt. Dabimus tamen operam, ne, in percenſendis monimentis ARNOLDI, quidquam, quod momentum trahat, facile praeteriiſſe, uideamur.

§. II.

Neque uero negamus, iam alios ali-

(*) aliquam huius operae partem ſuscepiſſe. ſed, cum multa deſideremus, ita hoc in negotio uerſabimur, ut et ordinem et argumenti expoſitionem, accuratiori ſtudio tradamus.

§. III.

Primum ingenii doctrinaeque ſpecimen dedit diſſertationibus (*) Academicis, e. g. de *Lotione manuum. de Hermunduris. de locutione Angelorum. de Hiſtoria GEORGII ducis, &c.* Iſtae uero non inelegantes ſcriptae ſunt.

§ IV.

Hinc maiori operi (*) manum admo-

(*) Conf. *Noua Bibliotheca Hallenſis, P. LII, p. 120. ſq.* add. Cl. REIMMANNVS, *Hiſt. Lit. P. III, p. 678. ſq.*

(*) Viteb. *A. cIↃ IↃ c XXCVI. et Gieſſ. 1697.*

(*) En titulum libri. *Erſte Liebe der Gemeinen Ieſu Chriſti, d. i. Abbildung der erſten Chriſten nach ihrem lebendigen Glauben, und heiligen Leben, aus der älteſten, und bewährteſten Kirchen-Scribenten eigenen Zeugniſſen, Exempeln, und Reden, nach der Wahrheit der erſten einigen Chriſtl. Religion, allen Liebhabern der hiſtoriſchen Wahrheit, und ſonderlich der Antiquitaet als in einer nützlichen Kirchen-Hiſtorie, treulich, und unpar-*

mouit, quo doctrinam, moresque Christianorum ex prima repetiit, expoſuitque origine, et Gu. Cauium (**) hinc, inde, uti profitetur, caſtigauit. Conuerſum eſt A. clɔ Iɔc c. in linguam Belgicam, et uariis ignographiis exornatum, emtores inuenit non paucos. In praefatione copioſe de ſcriptoribus Hiſtoriae Eccl. antiquioribus diſſerit auctor.

§. V.

---

partheiiſch entworffen, worinnen zugleich des Herrn William Caue erſtes Chriſtenthum nach Nothdurft erlätert wird, von G. Arnold. ed. 2. Frf. 1700, f. Diſpeſcitur autem uolumen ſatis grande, in VIII, libros. primo agitur de officiis priorum Chriſtianorum erga Deum. altero de cultu Numinis publico & priuato illorum. tertio de moribus, et officiis erga eiuſdem religionis conſortes alios. quarto, de moribus, et officiis erga ſe inuicem. quinto, de moribus erga impios. ſexto, de uita priuata, et domeſtica, de qua pauciora exponit. ſeptimo, de chariſmatibus, et donis miraculoſis. octauo, de Chriſtianiſmo degenere.

(**) GV. CAVII liber hic eſt. *Primitiue Chriſtianty: or the Religion of the ancient Chriſtians in The firſt ages, of the Gospel, by William Caue, etc. Lond. 1682, 8.* Poſtea Belgice uerſus, et praefatione H. WITSII inſtructus, hoc titulo prodiit.

diit. *Het eerſte Chriſtendoom, door William Caue, vertaalt door Sal. Borr, etc.* Vltrai. 1692, 8. ARNOLDVS huius occaſione libri ſe excitatum profitetur ad idem argumentum copioſius, et accuratius perſequendum. Videamus, quid ſigillatim in Cauio notet, et reprehendat. *Da ich dieſes Buch des H. Caue fleiſſig geleſen*, inquit, *habe ich ſonderlich in demſelben unterſchiedliches gefunden, ſo einer genauen Erklärung allerdings nöthig hat.--Inſgemein rechnet Er viel dem erſten Chriſtenthum zu, welches doch ſchon eine Frucht des heimlich einſchleichenden Verfalls geweſen, dazu ihn ohne zweiffel folgende und adere praeiudicia mögen gebracht haben 1, daß er in der heutigen Kirchen-Verfaſſung, ſonderlich der Engliſchen, ſchon eine Gleichheit mit der erſten Apoſtoliſchen geſuchet --- 2) nicht weniger ſiehet der H. Caue die Zeiten Conſtantini M. mit andern Augen an, als es billig ſeyn ſolte. Er meynet, die Kirche ſey damahls nach den Verfolgungen in groſſes Aufnehmen kommen. daher er das meiſte aus dem ſaec. IV. herführet, und den aufgekommenen äuſſerlichen Pracht, und Staat in prächtigen Kirch-Gebäuden, großen titeln der Biſchöpffe, vielen Ceremonien, etc. ſehr admiriret, und rühmet. --- Sonſten ſcheinet auch unterſchiedliches, was der H. Caue, unter dem Titul des erſten Chriſtenthums erzehlet, einer Errinnerung nöthig zu haben --- indem vieles mit unterläufft, ſo zum Aberglauben, Scheiheiligkeit, und Mißbrauch offenbahrlich gehöret --- wovor andere, nöthige, und*

nütz-

nützliche Sachen aus dem wahren ersten Christenthum, hätten können angeführet werden. So wird auch von ihme gar wenig aus der H. Schrifft N. T. zum Beweiß angeführet, ohne wenn es eine streitfrage von äusserlichen Satzungen betrifft. --- Er hat auch unterschiedliche nothwendige stücke des ersten Christenthums entweder gar ausgelassen, oder doch also berühret, daß er sich nur auf etliche Schrifften seiner Lands-Leute beziehet, die man aber bey uns schwerlich haben kan. deßwegen der Leser offt unvergnügt davon gehen, und, wo es ihm ein Ernst ist, alles genau zu forschen, einen nähern Bericht ohne Zweiffel verlangen muß. Zugeschweigen, daß bey denen meisten Stücken das innerliche wahre Wesen der Gottseligkeit etc. verschwiegen wird, und man nur die Meinungen und Gebräuche seiner Kirche bekräfftigen wollen, dergleichen auch zuvor Beueregius, und andere versucht haben. --- De se ipso ARNOLDVS. *Dieses alles sage ich, nicht dem vortrefflichen Manne sein gehöriges Lob zu benehmen, sondern allein aus Liebe zur Wahrheit, quae magis amica esse debet. Ich will nnd kan mich nicht davor ausgeben, daß ich es nun in allen getroffen hätte. Vieles von dieser materie ist mir selbst noch unbekannt, vieles nur in etwas, und stückweise. so viel ich aber finden können, habe ich nach vermögen mit getheilet etc.* Haec paullo copiosius afferre uolui, ut de Cauii, Arnoldique instituto rectius constaret. Ceterum quae hic in illo desiderat, eruditorum relinquo iudiciis: De ipso ARNOL-

DI

§. V.

Hactenus uisus sibi erat ARNOLDVS primam integritatem *Christianismi*, ex priscis monimentis, diligenter exposuisse. Iam, ut rei Christianae corruptelas ostenderet, maioris illius operis historici, et haeresiologici cepit consilium, de quo libro, singulari sectione, (*) et instituto differam.

§. VI.

Apologiae loco habendum est scriptum, (*) quo de cultu Dei publico, usu-

---

DI libro iudicat non nemo. *Man findet hier einen schönen Apparatum von ausnehmenden Exempeln der Pietaet, devotion, und Rechtglaubigkeit der ersten Christen, so in homilien, und anderweitig vortrefflich zu gebrauchen. So ist auch dieses wohlgerathene Werck als eine real Introduction zur Hist. Eccl. und lectione Patrum an zu sehen, den Haupt Nutzen zu geschweigen, der auf die Besserung des Willens, und unserer Sitten, wie nicht weniger auf ein gesundes Urtheil von ein, und anderer praxi ecclesiae modernae gehen soll.* De quo iudicio alii iudicent.

(*) Vid. *Sect. V.* huius commentationis.

(*) *Erklärung seines Sinnes beym Kirchen, und Abendmahl-gehen Frf. 1701. 4.* conf. *Unsch. Nachrich-*

usuque sacrae synaxeos, in primis contra S. R. D. GERH. MEIERVM, et D. CYPRIANVM agit.

§. VII.

Confessionem ARNOLDI de abdicato munere Giessensi iam supra (*) commemoraui. Halis prodierunt *Vitae Fidelium*,(**) quibus Lutheri quoque, et Arndii historiam, satis diligenter descripsit.

§. VIII.

---

richten ad A. 1701, p. 263. sq. add. *Erläuterung des Sinnes etc. Frf. 1701.* Item *Vorstellung seiner Lehr, und Bekäntniß.* ibid.

(*) Vid. *Sect. I, §. X.* addenda editio Belgica 1699. et Anglicana 170.

(**) *Leben der Glaubigen, oder Beschreibung solcher Gottseeligen Personen, welche in denen letzten 200. Iahren sonderlich bekant worden Halle, 1701, 4. 7. Alph.* Agit hic de Heluetio illo eremita, NICOLAO, IOANNE a CRVCE, THERESIA, PETRO de ALCANTARA, CATHARINA de GENVA, ANGELA de FOLIGNI, IO. FRA. de CHANTAL, FRA. SALESIO, LVTHERO, et ARNDIO, IOANNE IANNEWAY, IOSEPHO ALLEIN, THEODORO a BRAKEL, IO. BVNIAN, THEODORO VNTEREYCK, IO. IAC. FABRICIO, IO. THAMSSEN, GEORG. FRESEN, CL. BROVSSON etc. add. *Vitae Patrum*, II. Partibus. *Hal. cIↃ IↃcc.*

§. VIII.

Hinc diuini amoris igniculos (*) descripsit, et CLEMENTIS Romani Recognitiones (**) uindicare ausus est.

§. IX.

Venio iam ad illum librum, portentosum profecto, et fanaticismi labe eo usque infectum, ut ipsum auctorem

(*) *Göttliche Liebes-Funcken. Frf. 1702, 12.* Hic quantam carminis elegantiam deprehendas, tantam mireris rerum omnium uel obscuritatem, uel mysticam, aut fanaticam potius sublimitatem. adeo hic ἐμβατεύει ARNOLDVS.

(**) *Des heiligen Clementis Historie von denen Reisen, und Leben des Apostels Petri, mit einem Vorberichte G. Arnolds. Berlin, 1702, 8.* Idem reliqua etiam CLEMENTIS Romani uertit, ediditque. *Luneb. 1695.* Paucis uero approbauit has Vindicias ARNOLDVS. Ipse CHRISTIANVS THOMASIVS. *Certe libri*, inquit, *Recognitionum CLEMENTIS tot fabulis, ineptiis, et impietatibus repleti sunt*, (*uerba Thomasii sunt*,) *ut satis mirari nequeam, qua ratione ARNOLDVS eorum uersionem Germanicam tam serio commendare potuerit.* uid. *Cautelae circa Iurispr. Eccles. c. X. §. 36. p. 112.*

poſt ea illius, uti ferunt nonnulli, poenituerit, et ſuppuduerit. *Myſterium* uolo *Sophiae*,(*) cui et alia quaedam partim (**) inſerta, partim ſubiuncta ſunt.

§. X.

Nota quoque ſunt, quae de Theologia Myſtica, (*) eiuſque hiſtoria, non ſine magno labore, conſcripſit. Sententiae autem, quas aſſeruit, dudum ab aliis exploſae ſunt.

§. XI.

(*) *Geheimniß der Göttlichen Sophia etc. Leipzig 1700, 8. et Belgice Amſt. 1702.* Conſtat XXV. Capitibus. Prioribus VII, enarrantur Sophiae illius eſſentia, aeterna origo, uirginitas. Reliquis, quid demum agat, efficiatque in anima hominis Sophia, exponitur.

(**) Conatur inter alia C. II. prolixe aſſerere, Sapientiam, et Siracidem genuinos eſſe ſcripturae, S. libros canonicos, quem errorem confutauit ſing. diſſ. S. R. D. WERNSDORFIVS. Ceterum inueſies quoque iſto in libro Continuationem Igniculorum diuini amoris, et alios quoſdam auctoris ingenii foetus poeticos, de quibus nihil attinet, copioſius exponere.

